UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 6000.

F. IV

21.

F IV
21

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





# CANDELA EVANGELICA.

AD LECTORES.

Plaudite, lux orta eſt, ſeptena lāpade fulgēs,
Qua Stygiæ noctis pellitur orbe lemur.

IO. BVS.






UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## IO. IVSTVS LECTORI SALVTEM.

HABES candide lector candelam hic euangelicam, quem titulum, cur ſibi liber hic uindicauerit, ſi miraris, in mentem tibi ueniat, quod ſaluator noſter olim monuerit, nos dum lucē haberemus ambulare, in lucem credere, & filij lucis eſſe. Itaq; cum hac tempeſtate uarijs Luteranorum ſimus tenebris circumfuſi, & gradientibus tum laquei, tum præcipitia nobis permulta opponantur, nec deſinant hæretici, quibus poſſunt & uiribus & fraudibus, in ſuas errorum obſcuritates pertrahere ſimpliciores, in hoc callidiores aut (ne à uerbo euangelico recedam) prudentiores facti filijs lucis in generatione ſua. Vir quidam uenerabilis atque apprime eruditus iuxtà ac pius (quoniam apud homines optat magis neſciri, quàm prædicari) dū animarū adeo multarum iacturā doleret, librum hunc, ceu candelam uere euangelicā, & penes ſe iamdiu abſconditam, non ſine multorum hortatu, ne dicam impulſu, ꝑduxit; atq; in medium, ut luceat omnibus qui in domo dei ſunt, erexit. Ad cuius lumen, ſi propius acceſſeris, ſi ab animo liuor abfuerit, ſi lector candidus magis, quàm curioſus faſtidioſusue eſſe uolueris, ſi deniq; lucē, quàm tenebras, magis amaueris, comperies ꝓculdubio haud ab re candelam uocatā: quippe quæ ardeat, eo nimirum igne, quem ſaluator noſter uenerat mittere in ter



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ras, & uoluit uehementer accendi. Luceat quoq; nec aliunde ſuum ſplendorem mutuans, quàm ab eo qui dicit, Ego ſum lux mundi. Recte igitur candela euangelica liber hic uocatus eſt, qui lucē illam oīm oculis infundit, in qua nos (qđ ſupra dixerā) Chriſtus uoluit ambulare, in quam credere, cuius nos uoluit filios eſſe. Cæterum in re tam ardua, tam ſancta, tā deniq; neceſſaria, autor ipſe neq; perſuaſionis humanæ fuco, neq; uerborum uti uoluit lenocinio, illum imitatus, cuius amore hunc ſuſcepit laborem, qui non in ſublimibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed ſimplici nudæ ueritatis prædicatione mundum conuertit, illuminauitq́; uniuerſum, idq́; per homines nō tā literatos quàm pios. Qui legem quoq; ſuam, noſtræ ſalutis normam (euangelium loquor) aliter atq; humili ſtylo noluit ſcribi ac tradi, ne quod eſt nemini nō neceſſariū, non ab omnibus poßit intelligi. Accedit quod non pauca hic ſint, quæ ſermonis non admittant uenuſtatē, adeo ut quo fieret literatura politior, tanto etiā efficeretur res ipſa obſcurior. Autoris autem noſtri hic inſtitutum eſt, non uerborum elegantiam auribus, ſed ueritatem cordibus infundere, quæ tanto eſt gratior, quanto nitidior. Nulla aūt re alia magis eniteſcit, quàm ſi nuda & ab oī fuco aliena ꝓponatur. Accedat igitur huc lector pius, abſcedat hinc curioſus, quia cādela hæc niſi oculum ſimplicem candidumq́; haudquaquam illuminat. Vale.

Elenchus ſuccincte indicans omnia quæ in hoc opuſculo tractantur.

¶ Nox prima, hec improbat ſatiſfactiouem pro peccatis.

¶ Candela prima habet diſtinctiones quatuor: Prima oñdit ſatiſfactionem fore neceſſariam, cũ duabus aliis partibus pñie, vt pctõr ſuorum criminum poſſit remiſſionem a dño obtinere. Scḋa oñdit que ſit pñia rõnalis vel naturalis. Tertia oñdit veram pñiam ſacramentalem preſtitam a deo mouente liberũ ar. ad deteſtationẽ peccatorum. Quarta oñdit penitentiam ſeram.

¶ Nox ſecunda, hec nititur ſaluare peccatorem ex ſola fide.

¶ Candela ſcḋa habet diſtinctiones ſex. Prima oñdit, qḋ nemo põt ſaluari per ſolam fidem ſine gratia vel operibus. Item diſtinguit grãm gratis datam a gratia gratũ faciente. Scḋa oñdit, ad quid indigeat homo grã dei, ⁊ quid ĩ eo operetur. Item agit de participatione diuine nature. Item agit de curatione eſſentie anime ꝑ gratiam ⁊ potentiarũ eius ꝑ virtutes theologicas. Item oñdit quõ homo redditur prompte mobilis a ſpũ ſancto per dona eius. Item agit de virtutibus moralibus infuſis ⁊ acquiſitis, fructibusq; ſpũs. Item inuehit̃ ↄtra impoſtores peſſimos, promittentes ſalutem per ſolam fidẽ ⁊c. Tertia diſtinctio oñdit, ꝙ adultus per ſolã gratiam ſine omni opere non põt ſaluari Item oſtẽdit quare dñs nr̃ Jeſus Chriſtus ſine vllo opere meritorio extitit beatus. Item oñdit ⁊ docet quõ debeamus Chriſto dño ↄformari, vt heredes regni celeſtis eſſe mereamur. Item adducũtur ſacre ſcripture teſtimonia, quibus ꝓpoſitũ aſtruitur, in quoꝝ ſcḋo teſtimonio late declarat̃ mens Apl̃i dicentis: Ei vero qui non operatur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

credenti aũt in eum qui iuſtificat impiũ ꝛc. Ibidem etiam inuenies cibum quem ſeducendis ꝓponunt heretici. In vltima quoqꝫ autoritate aliqua dicunt de merito ↄgruo ꝛ condigno. Quarta diſtinctio citat autoritates ſacre ſcripture loquentes de operibus meritoriis bonis factis in fide ꝛ ſpe ꝛ charitate. Quita diſtin. idem facit. Sexta diſtinctio citat autoritates ſacre ſcripture, loquentes de opibus meritoriis malis factis in ſola fide. Et interdum adducit teſtimonia de operibus meritoriis bonis ꝛ malis. Oſtenditur etiam quod eccleſia dei eſt viſibilis.

¶ Nox tertia, hec innuit q̄d quicunqꝫ promittit ſibi ſalutem ex propriis meritis, damnandus eſt.

¶ Candela tertia, hec oſtēdit (monendo ad bona opera) quō fidutia in illis ponenda eſt ſalutaris.

¶ Nox quarta, hec vere tenebroſa, excludit omne meritum humanum.

¶ Candela quarta, hec oſtendit clare hominem ꝑ opera bona mereri vitam eternam.

¶ Nox q̄nta, hec docet ꝙ opa bona debēt fieri ex puro amore dei, non ſpe p̄mij vel metu gehēne.

¶ Candela quinta, hec oſtendit q̄d a bonis operibus puro amore profectis, non debet meritum excludi. Item quid ſit eterna beatitudo, ꝛ qua intentione ſit deſideranda. Item quid ſit infernus, ꝛ qua intentione ſit euitādus. Item oñdit timorem filialem, initialem, atqꝫ ſeruilem. Item oñdit quō quis debeat inniti miſericordia dei. Item oſtendit ordinem inditum rebus a deo.

¶ Nox ſexta, hec commēdat libros Luteri, ꝛ hortatur vt omnem ſpem atqꝫ fidutiam, ſuper ſatisfactionem Chriſti collocemus.

¶ Candela ſexta, hec oñdit ꝙ nemini licet libros legere Luteri, exceptis diſcretis. Item oſtēdit, quare nō expediat eos legere propter anime venenum. Item oſtendit, quomodo debemus ſpē ponere in Chriſti ſatiſfactione.

¶ Nox ſeptima, hec aſtruit felicem eum q̄ propitiatione flagitās de diuina miſc̄dia nō diffidit.

¶ Candela ſeptima, hec oſtendit q̄d in petitione venie neceſſaria eſt diuina gratia. Item de tractu diuino. Item de ſeueritate in Judam, ⁊ benignitate in latronem. Item q̄d bonoꝝ noſtroꝝ non indiget deus cum ſano intellectu.

## ¶ Sequuntur illuſtrata.

¶ Illuſtratum primū oſtendit ꝙ ſancti dei iam btī orant pro viuis ⁊ defunctis, ⁊ quod obediendū eſt eccleſie.

¶ Illuſtratum ſcd̄m oñdit eſſe purgatorium.

¶ Illuſtr. tertium oſtendit idem per verba Apoſtoli Pauli, quibus ait: Fundamentū aliud ⁊c.

¶ Illuſtratum quartum oſtendit ſemper fuiſſe ſacerdotes, ⁊ religionem ortum habere a ſpūſancto, nec obſtare q̄d nonnulli inter prelatos ⁊ religioſos miniſtroſq̄ eccleſie perdite viuūt. Itē oſtendit diuerſos ſtatus hominū per diuerſa miniſteria, vt commune bonum reipu. humane nature conuenienter adminiſtretur.

¶ Illuſtr. quintum oñdit liberum arb. humanum.

¶ Illuſtratum ſextum oſtendit q̄ differenter ſunt memoria ⁊ intellectus atq̄ voluntas in deo ⁊ in homine.

¶ Illuſtratum ſeptimū oſtendit q̄d videre deum in preſenti vita per ſpeculum in enigmate non eſt inconueniens, q̄dq̄ in futuro ſeculo videbiẗ facie ad faciem clare. Item oſtendit ꝙ heretici ſunt canes ⁊ porci, iuxta ſententiā dn̄i noſtri ſaluatoris. Item oſtendit ꝙ non oportet ſtatū aſſumere coniugalem ad euitādum pct̄m, quia periculum per hoc non declinaẗ. Item laudatur ſtatus monaſticus vel religioſus.

¶ Illuſtratum octauum oſtendit, qui non ſunt miſſi ad predicandum, ⁊ qui ſunt miſſi, ⁊ quare per-

mittit deus hereticos creſcere.

¶ Illuſtratum nonum oñdit, qđ ad euitanda ſcandala ⁊ ſchiſmata, debet p̄dicator vel doctor humiliter doctrinam ſuam ſubmittere examini eorum qui preſunt eccleſie dei.

¶ Illuſtratum decimū oſtendit clare, qui cenſendi ſunt falſi prophete.

¶ Illuſtratum vndecimū oſtendit errorem illorū, qui dicunt leges humanas debere aboleri. Itē inuehitur contra nobiles ⁊ ruſticos, contra clericos ⁊ religioſos, maxime qui meretrices duxerunt in coniugium.

¶ Illuſtratum duodecimum oſtendit multas leges ⁊ qđ hūane leges obligant in foro conſcīe.

¶ Illuſtratum tertiumdecimū oſtendit qđ votum obligat ad id qđ vouit quis fideliter implendū.

¶ Illuſtratum quartumdecimū oſtēdit qđ leges monaſtice non diſcrepant a lege euāgelica, ſed ſunt perfecte impletiones diuine legis, ⁊ homines religioſiores efficiunt.

¶ Illuſtratum quintumdecimū oſtendit actus et excellentiā virtutis religiōis, ⁊ a quibus amplius exercentur.

¶ Illuſtratum ſextumdecimū oſtendit quod opera facta ex voto, ſunt magis meritoria.

¶ Illuſtratum ſeptimūdecimū oſtendit inuentores vite religioſe plenos fuiſſe ſpūſancto, quibus etiam deus per miraculoꝝ gloriam teſtimonium ſanctitatis exhibuit. Et inter plurimos inſtitutores religioſe vite exprimit dominus noſter Jeſus Chriſtus: cui cum patre ⁊ ſpirituſancto eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ, Amen.

¶ Finis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Ad eximium uirum Iohannē Dockem Phriſium, utriuſq; iuris profeſſorem.

SAEPENVMERO *uir præſtan-*
*tißime atque doctißime, dum ipſe me*
*cum expendo, quanta ſit amicitiæ uis,*
*quæ tam dulciter alliciat, tam blande*
*ſuadeat, imperet tam potenter, tam*
*denique facile extorqueat, mirari deſino, qui precum*
*aßiduitate adeo me uiceris, ut quod alioqui uolebā mini*
*me, à te cæteriſq; amicis potuerit mihi perſuaderi, uide*
*licet ut quæ in ſcripta Luteranæ farinæ quædam ad me*
*miſſa (quorum tamen autor hodieq; haud certe cognitus*
*eſt) annotaueram, aucta in lucubrationem maiorem, eti*
*am prælo euulganda cōmitterem. Verebar iampridē ne*
*īmmodicus inter nos amicitiæ fauor, alioqui integerri-*
*mus, utriq; noſtrum imponeret, dum uel tibi noſtra plus*
*iuſto placerent, uel ipſe tanti amici iudicio non ſatis tu-*
*tus fiderem, hoc eſt, in ea re citius quàm par eſſet morē*
*gererem. Quippe qui nihil minus inſtituerā, quàm hac*
*tempeſtate de noſtra tenuitate in medium aliquid euul-*
*gare, dum tot interim eruditißimi uiri, qui in damnata*
*ſcribant hæreticorum dogmata, ſuperſint: quorum eru-*
*ditione iuxtà ac auguſtißimi inuictißimiq; imperatoris*
*noſtri Cæſarea poteſtate propediem futurū ſperemus,*
*ut eccleſia tot dogmatum nunc factionibus ſciſſa, cum*
*fidei, tum morum pietate unita refloreat. Itaq; cum ſic*

diu abnuiſſem, tecum tandem aliquot uiri doctiſsimi, & qui nomine eccleſiæ de doctrinis inquirendi pronuntiandiq; habent autoritatem, illuc ſuo me cum calculo, tum hortatu perduxere, ut quam abſcōdere maluiſſem, in medium producerem candelam noſtrā euangelicam. Hunc enim libello noſtro titulum inſcribēdum duxi, propterea quod ſeptem obſcuris erroribus Luteranæ hæreſeos, haud aliter ac ſeptem noctibus interluceat, et fugatis inde tenebris, ueritatem omnibus efficiat manifeſtam. Alludit etiam quod cum cæterorum lucubrationes perinde ac ſol, aut ſtellæ radijs ſuis Luteranas tenebras penetrent, obſcuritatemq; propulſent omnem, noſtro ingenio, uel candelæ nomen (ut ita dixerim) uſurpandum concedetur. Quod tamen (ne haud parum arrogaſſe nobis uideremur, quippe q mediocritatis noſtræ nobis conſcij ſumus) nequaquam faceremus, niſi maiora eccleſiæ lumina ita uoluiſſent: quandoquidem nonnihil myſterij putant habere candelam, quod noſtro queat libello applicari. Quare nō abſurdum fortaſſe fuerit, titulum ſibi hunc uindicaſſe. Quēadmodum nanq; ex elychnio fit et pinguedine, quod candelam uocant, ita libellus hic noſter ut lectori luceat pariter ac ardeat, ueritate tanquā elychnio, & pietate tanq̄ pinguedine, conſtat. Veritate quidem lucet: ut uero ardeat, etiam pietas pabulum adminiſtrat. Quæ duo ſi lector quoq; quæſierit, ſentiet ſeſe & illuminari, et accendi. Cæterum quēadmodum apud eum qui eget lumine, parum refert quomodo candela cō poſita ſit, ornata nec ne, modo probe luceat: ita libellus hic noſter, quod impolitus, nec externo cultu eſt uenuſtatus, parum mouebit lectorem, qui eruditionem quàm

septē Errores

liching
pinguedo

literaturam maluerit. Siquidem politioris linguæ qui ſolam quærit ſuauiloquentiam, habet alibi unde petat. Noſtri inſtituti fuerit lectorem reficere ueritate magis, q̃ uenuſtate: quippe quem reddere cupimus non latiniorẽ, ſed eruditiorem. Interim præſtantiß. doctor, tuum erit hanc noſtram candelam, quæ aliquandiu tibi ſoli in cubiculo luxit abſcondita, nunc uero tuo impulſu ut omnibus luceat, profertur in medium, ab æmulis lucis defendere, ab inuidorũ laceratione propugnare, et à quorundã magis literatorum quàm doctorum faſtidio tueri: qui quicquid politum non fuerit ſubſannant, lacerant, explodũt: ac demum tantillum uigiliarum mearũ boni conſulere. Ne aũt ignores cum quo mihi pugna uerſetur, iniquum atque doloſum noctis aduerſæ ſibilum primo referam, deinde Candelæ noſtræ ubiq; fulgorem opponam. Igitur iam hic arrige aures, & noctis umbroſæ ſibilum, aut potius in nocte obgãnientis uulpeculæ ſtridorem auſculta.



# NOX PRIMA.

DIſputationis immodica mihi uobiſcū fuit pugna, qua ſatisfactionem pro peccatis improbarem, dixi: Si mortalium quiſpiam omnia peccata mundi patraſſet ſolus, & pro his uel in extremo uitæ ſuæ (quantum ſibi foret poſſibile) cordis haberet contritionem pariter ac dolorem, & ꝙ non maior ſibi adeſſet contritio, doleret, inſuper miſericordem dominum pro gratia atq; ſuorum peccatorum remiſſione inuocaret: Ad hæc, integram ad deum haberet fidem, omnia ſibi peccata à deo dimiſſum iri, huic citra dubium, plena dignatione deus ignoſcet.

¶ Candela prima. ¶ Diſtinctio. I.

PEr ea que hic dicunt, non improbatur ſatiſfactio pro peccatis, ſed magis probat. Ponuntur eñ ibidem quedā .ſ. contritio, ⁊ dolor ſuper dolorem, et ad deum inuocatio. Inſuper ⁊ fides que omnia in tanta excellētia ⁊ merito eſſe poſſent (ſaluis his que infra dicenda ſunt) ꝙ peccata ⁊ ſatiſfactionem pro ipſis debitam relaxarent, ſicut in quibuſdam, (licet pauciſſimis factum legit) non tñ in autenticis ſcripturis. Latro enim quamuis contritus dñm inuocauit, ſatiſfactionem tñ creditur cruci affixus poſt ꝯfeſſionem compleſſe. Et quia raro eſt huiuſcemodi ſatiſfaciens ꝯtritio, impoſuit ſancta mater eccleſia peccatoribus tres partes penitentie: Contritionem .ſ. confeſſionem ⁊ ſatiſfactionem. Cuius autoritatem negare, eſt ſpiritum ſanctum eam uiuificantem ⁊ docētem ſpernere. Sed de hoc infra latius. Ut vero hec autenticis ſententiis fulciamus, aſſignamus pro prima parte ꝯtritione .ſ. illud Pſal. 50. Cor ꝯtritū ⁊ hu. deus non de. Pro ſcda .ſ. ꝯfeſſione, illud Iaco. vl. Confitemini alterutrum pctā veſtra. Pro tertia .ſ. ſatiſfactione, ſunt in ſcripturis teſtimonia innumera, ſed pauca hec que dicā ſufficiant. Dicit. 2. Reg. 12. ꝙ Dauid

reprehenſus a Nathan propheta, dicente: Uriam
Etheum percuſſiſti gladio, ⁊ vxorem illius accepi
ſti tibi vxorem, ⁊ interfeciſti eũ gladio filiorum Am-
mon: quamobrem non recedet gla. de domo tua vſ
que in ſempiternũ ⁊c. Rñdit Dauid ↄfitẽdo: Pec
caui dño. Dixit Nathan ad Dauid: Dñs quoq; tran
tulit pctm̃ tuum, non morieris: veruntamen filius
qui natus eſt tibi, morte morietur. Et digna ſatiſfacti
onis flagella ſubſecuta ſunt. Item ibidem cap. xl.
habetur ſic: Percuſſit autẽ cor Dauid eum poſtq;
numeratus eſt ppls, ⁊ dixit Dauid ad dñm: Pec-
caui valde in hoc facto, ſed precor dñe, vt tranſfe-
ras iniquitatẽ ſerui tui, quia ſtulte egi nimis. Poſt
talem ↄtritionem ⁊ ↄfeſſionem, impoſita eſt illi ſa
tiſfactio. Dixit ergo dñs per Nathan: Trium dat
tibi optio, aut ſeptẽ annis veniet tibi fames in ter
ra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios tu
os, ⁊ illi te perſequentur, aut certe tribus diebus
erit peſtilentia in terra tua. Qui ait: Coartor vndi
q; nimis. Hec de multis pauca ſumpta ſufficiant.
Uanum eſt ſatiſfactionem tollere a penitẽte, quia
⁊ ſi admittatur q talis in fine vite vere peniteat, ⁊
a dño remiſſionem peccatorum recipiat, non tñ ↄclu
ditur, q deus ſibi peccatorum ſatisfactionẽ etiam re
mittat. Quia cum peccatores differẽter ſcd̃m ma-
ius ⁊ minus de peccatis doleant, neceſſe eſt vt de-
us qui eos miſericorditer recipit, vnum plus alio
iuſte puniat. Et ſi non in hoc ſeculo, tamen in futu
ro. De hoc infra latius. ¶ Secunda diſtinctio.

¶ Ea vero que hic prima dicta ſunt in nocte, per
candelam noſtram ſunt latius indagãda. Sunt eñ
nõnulli, qui ſufficere putant ad ſalutem pniam mo
Opinio ralem aut rõnalem, hec opinio plures fallit, ⁊ a pe
nitentia ſacramentali auertit. Horum nonnulli dicũt
ſe velle in vite termino penitere. Credunt enim ad
ſalutem ſufficere, q per rõnem mala acta deteſtan
tur. Et qr habitus malus ↄtractus ex actibus fre-
quentatis, non ſinit plene tales dolere, ⁊ mala de-

teſtari, doloris defectum ſupplere volunt per con
fictum dolorem, dicentes: Dolemus nos imperfe-
cte dolere. At ſi dolor ipſe verus extiterit, rōnalis
eſt tñ ꝛ naturalis, quemadmodum ipſa pnīa que ꝑ
rōnem mala geſta deteſtatur. Hinc fit, vt ſacramē-
talis pnīa nō eſſe neceſſaria ab illis ipſis putetur.
Tales non recipiunt veniam nec miſcďiam, etiam
ſi credant deum fore miſericordiſſimum, qꝛ fides ſi
ne grā ꝛ operibus mortua eſt. Apud infideles eſt
talis pnīa, immo in inferno, ſed infructuoſa. Diſpo
nit tñ hac in vita talis pnīa hominē, vt tandem ſa-
lutaris pnīe capax fiat. ¶ Tertia diſtinctio.

¶ Preterea qm̄ iudicia dei abyſſus multa pſal
mo. 35. et Apl'us Rom̄. 9. dicit: Non volentis ne-
qꝫ currentis, ſed miſerentis eſt dei: qui cuius vult
miſeretur, ꝛ quem vult indurat. Si ergo deus iudi
cauerit ꝛ voluerit liberꝝ arbi. hominis pctōris mo-
uere, vt deteſteť pctā ſua, ꝛ ille ceſſerit diuine mo-
tioni libere, ꝛ auxiliante diuina gratia deteſtatus
fuerit pctā ſua, cum propoſito ꝯfitendi ipſa pecca
ta in obedientia ſancte matris eccl'ie, cuius rector
ꝛ caput in terris eſt pontifex ſummus ſucceſſor bti
Petri apl'i, in ipſo pnīe ſacramento ꝯſequetur pro
pter meritum Chriſti veniam ꝛ gratiam: qꝛ impoſ
ſibile eſt deum mouētem arbitrium homīs liberū,
fruſtrari intētu ſuo ꝛ fine, aut ſacrm̄ caſſari ſuo effe-
ctu, niſi ꝯfitens fuerit fictus, aut obicem poſuerit.
Si vero homo ſic a deo motus, nequiuerit ad con
feſſiōem attingere, ſperandum eſt talem ſaluari ꝑ
pter ꝓpoſitum ꝯfitendi ꝛ motum ſpūſſancti: ſi tñ
decreuerit eum ſine ſacramento ſaluare ſicut pōt,
quamuis de cōmuni lege deus hominē per media
varia ꝛ per ſacramēta ſaluet. Pueri quippe nō ba
ptizati, regnum dei nō ꝯſequunť, licet ſint ipſi in-
nocētes, ꝛ deus ſit miſericordiſſimus. Peccator a
deo motus interdum, non eſt plene ꝯtritus, ꝛ ſuffi
cientiam recipit in ſacramento. Scrā enim noue
legis gratiam ꝯferunt, ꝛ ſunt media per que meri-

tum Chriſti nobis applicat. Omnia hec non ſunt
propter impotentiam dei miſerentis, ſed ꝓpter or
dinem quem inſtituit ad declarationem ſue bonita
tis. Sed de hoc latius infra. ¶ Diſtinct. IIII.

¶ Sera pnīa, ꝯſolatio, ꝛ cōiter decipula eſt ho
minū ꝑuerſoꝝ ꝛ induratoꝝ, de qua ait Auguſ. deo
plenus: Agens pnīam ad vltimū ꝛ recōciliatus, ſi
ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus. Quia tales
vident᷑ potius penitere ex neceſſitate, q̄ȝ ex volun
tate, potius timore pene, q̄ȝ amore dei. De vero pe
nitente dicit dn̄s Ezech. 18. Si impius egerit pe
nitentiā ab omnibus pctīs ſuis que operatus eſt, ꝛ
cuſtodierit omnia precepta mea, ꝛ fecerit iudiciū
ꝛ iuſtitiam (.i. ius ſuum vnicuiq; tribuerit, deo, ſibi
ꝛ primo ꝛc̄.) vita viuet ꝛ non morie᷑. Faciendo iu
dicium ꝛ iuſtitiā, ſatiſfacit leſo: Hec eſt ſatiſfactio.

## NOX SECVNDA.

*Præterea, ſi in omni uita ſua qs operis boni nil egiſſet,
& inter extrema uitæ conſtitutus, neque operari iam bo
num poſſet, neque elargiendum propter deum quicquam
haberet, modo in ea fide ſtabilis perſeueret, credēs firmi
ter ꝙ ſatisfactio illa quam in cruce dominus ipſe pro o-
mnibus egit, pro ſuis etiam peccatis acceptetur, ſuffici-
atq́; deo, imò ꝙ propter hanc fidutiam fidemq́; rectam,
iam ſibi peccata dimiſſa ſint. Is ꝗ eiuſmodi eſt peccator,
in gratia dei & ſine peccatis moritur, filius æternæ ui-
tæ: propterea ꝙ miſericordiæ dei nobis promiſſæ confi-
dens innititur, & de bonorum omiſſione operum negli-
gentiaq́; ſua pœnitet, ac ueniam poſtulat.*

¶ Candela . II. Diſtinctio . I.

¶ Intelligentia eoꝝ que hic dicunt᷑, dependet
ex his que in precedentibus dicta ſunt. Qui enim
in omni vita ſua nil boni oꝑatus eſt, ſed neq; in ipſo
termino vllum opus bonum operari pōt, vel elee-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

moſynas elargiri, is tñ per dei grãm, libero arbi. a deo moto, põt deteſtari pctã ſua, ⁊ dolere, ⁊ deum eligere, quem antea ſemper ꝯtempſit, ⁊ eum ex toto corde diligere, que ſunt magni meriti opa, que tñ omnia fiunt in fide, qua credit Chriſtum dñm ꝑ peccatis oim in cruce ſatiſfeciſſe, ⁊ per hec põt fieri filius dei, ⁊ heres eterne vite: ſed non ex ſola fiducia ⁊ fide, qua credit firmiter ⁊ perſeueranter ſatiſfactionem illam, quam in cruce dñs ipſe ꝓ omibus egit, pro ſuis etiã pctis acceptari ſufficereq̃ deo, neq̃ ex ſola ꝯfidentia qua innititur diuine miſericordie, q2 meritum Chriſti nobis applicat̃ per operationem diuine miſcdie. Non enim ſaluamur eo ꝙ deus miſericors eſt, q2 ſi ſic, ex quo deus ſemper miſericors eſt, nullus pctõr periret, ⁊ eſſent omnes mali ſalui: Sed ſaluamur, q2 deꝰ miſericors, per gratiam ſuam operat̃ in nobis, ⁊ nos cooperamur eidem: vnde Apls. I. Co. I5. Gratia dei ſum id qđ ſum, ⁊ gratia eius in me vacua non fuit. i. ſine operibus non fuit. Latet ſcđa in hac nocte anguis Luterana, que (licet fruſtra nitit̃) tñ pctõrem ex ſola fide ſaluare, per quam pctõri gratiam dei ⁊ plenam pctõꝝ remiſſionem acquirat, ⁊ opera bona ⁊ ſatiſfactionem pctõris excludat. Vult enim ꝙ Chriſti in cruce ſatisfactio, omiſſis neglectiſq̃ venie poſtulatio, ſufficiant, cum tñ hec oia ſine operatione diuine gratie, in nobis facta nihil proſint. Satisfactio vero pro pctis neceſſaria ẽ, vt ſupra expreſſum eſt. Oportet eñ adultum per bona opera vitam promereri eternã, ⁊ ſatisfacere pro peccatis ſuis, ſcđm ordinem ſibi prefixum a deo, gratia ⁊ merito Chriſti opitulantibus. Diuina vero gratia tanti eſt vigoris ⁊ efficacie, ꝙ ſubito cum velit, põt pctõrem a creatura, ad quam fuerat peruerſe ꝯuerſus, auertere, ⁊ ad incõmutabile bonum. i. deum ꝯuertere, arbitrio tñ hominis libero remanente: q2 conditor maximus ⁊ optimus ita mouet oẽm creaturam, ſicut eſt per eum creata ⁊ inſtituta, mo

Gratia

bilis de cōl cursu,(pōt enim eam aliter mouere)id circo subito pōt iuſtificare pctōrem, in qua iuſtificatiōe eſt pcti remiſſio, gratie infuſio, libera a creatura ad deum conuerſio. Si non eſſet hominis actio libera in arbitrio, tūc nec mereret, nec demereret, prout in pueris ē ꝛ fatuis. Luterus dicit hominē priuatum libero arb. ꝛ dicit, omnia hominis opera fieri vel eſſe pctā, que oīno ſimul ſtare non poſſunt. Pro intellectu eoꝝ que iam dicta ſunt, ꝛ adhuc dicenda, ꝯgruum eſt, imo neceſſariū ꝓpter eos qui ignorant, vt aliquid de gratia(ardente noſtra candela)videamus. Sciendum eſt igit, ꝙ paris periculi eſt dicere hominē per opera legis (vt Judei putabant) vel per quecunqꝫ alia opera de genere bonoꝝ, poſſe mereri primam grām gratum facientē, aut eternam beatitudinē, ſine gratia gratum faciente, ꝛ dicere per ſolam grām adultū poſſe ꝯſequi eternam felicitatem ſine omni opere, ſaltem interno, qđ eſt credere, ſperare, diligere, auertere a bono cōmutabili ad bonū incommutabile, ꝛ ſimilia, qđ ꝓpterea dico, qꝛ pōt quis ſaluari cui non eſt facultas operandi exteriora opera: dicere vero per ſolam fidem ſine gratia vel operibus hominem poſſe ſaluari, eſt nimis enormiter errare.

Pro intellectu hoꝝ duorum membroꝝ, ꝯſiderāda ſunt nonnulla. Primo, ꝙ gratia dꝛ eo ꝙ gratis datur, Et ita accipiendo eam ſcd̄m eius generalitatem, omnia que a deo habemus dona gratie eiꝰ ſunt. Stricte vero de ea loquendo, oportet diſtincte loqui. Quedam enī dꝛ gratia gratis data, alia dꝛ gratia gratum faciens. De prima ſcribit Apl̄us I. Co. I2. Unicuiqꝫ datur manifeſtatio ſpūs ad vtilitatem. Alij quidem dat per ſpm̄ ſermo ſapientie, alij aūt ſermo ſcientie ſcd̄m eundem ſpm̄. Alteri fides in eodem ſpū. Alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu. Alij operatio ṽtutū. Alij ꝓphetia. Alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguaꝝ, alij interpretatio ſermonū, hec aūt oīa operat vnus atqꝫ idem

Grā duplex

ſpūs, diuidens ſingulis prout vult: Hec ibidem.
Manifeſtum eſt aūt, ꝙ he gratie, vel hec dona ſpi
ritus poſſunt haberi homine exiſtente in auerſiōe
a deo, ⁊ cum mortali peccato, ſcd̄m qd̄ dicit ſalua-
tor noſter veridicus Matth. 7. ca. Non omnis q̄
dicit mihi dn̄e dn̄e, intra. in reg. celoꝝ. ſ. ꝯfitendo
catholicam ⁊ euangelicam fidem, niſi aſſint opa,
ideo ſubditur: Sed qui facit vol. patris mei, qui in
celis eſt, ipſe intra. in reg. ce. Non ergo ſufficit ad
ſalutem confeſſio fidei ſine operibus. Similiter ꝓ
phetia non ſufficit ad ſalutem, qꝛ aliqn̄ datur malis
hominibus, ſicut ipſi Balaam, vt patet Num̄. 24.
Et dicit ſaluator: Multi dicent mihi in illa die. ſ. iu
dicij extremi, dn̄e dn̄e, nonne in no. tuo ꝓphetaui
mus, ⁊ in nomine tuo demonia eiecimus, ⁊ in no.
tuo virtutes multas fecimus. Et tunc cōfitebor il
lis, qꝛ nunq̄ꝫ noui vos: diſcedite a me oēs qui ope-
ramini iniquitatē. Ratio eſt, qꝛ tales ⁊ ſimiles gra
tie conferunt quibuſdam ad vtilitatem cōem eccle
ſie, ⁊ non ad vtilitatem vnius perſone. Multi ma
li habuerunt tales gratias, et Judas habuit, et il-
li de quibus dꝛ Actuū. 19. qui demones eiiciebant
in nomine Chriſti, quem Paulus predicabat. Ea
propter ſaluator nr̄ gloriantibus ſeptuaginta diſci
pulis, eoꝙ demōia illis ſubiicerent in nomine ſuo,
ait: Nolite gaudere, qꝛ ſpūs vobis ſubiiciunt Lu-
ce. 10. Hec ſufficiant dicta de gratia gratis data.

Alia eſt gratia que dꝛ gratum faciens, que da-
tur ſingulari perſone ad vtilitatem propriam, vt. ſ.
eternam per ipſam beatitudinē aſſequat, quā nul-
lus obtinebit, niſi fuerit gratus deo. Hec gratia di
citur aliqn̄ operans vel ꝑueniēs, iuxta illud Pſal.
58. Miſericordia eius preueniet me. Aliqn̄ dꝛ co-
operans vel ſubſequens, iuxta illud Pſal. 22. Mi
ſericordia eius ſubſequetur me. Et de vtraq̄ꝫ ē ora
tio vl'is eccleſie: Tua nos dn̄e qm̄s gratia ſemper
⁊ preueniat ⁊ ſequatur, ac bonis operibus iugiter
preſtet eſſe intentos. Que gratia qꝛ ſemper fuit cū

dño Jeſu, dicitur de eo in Pſal. 39. Miſcdia tua et veritas tua ſemper ſuſceperūt me. Non eſt igitur leuis gratie huius diſtinctio, vt heretici latrant, q̄ graui ſcripture ſancte atq; eccleſie autoritate fulcitur. At vero q̄ neceſſaria ſit ipſa gratia homini ſaluando, ſubiecta declarāt. ¶ Diſtinctio. II.

¶ Homo quippe in natura rōnali cōditus, et ad ſupernaturale bonum .i. ad diuine nature participationem ordinatus, per originalem iuſtitiam habebat inferiores vires ſubiectas rōni. Ratio vero a deo perficiebatur ei ſubiecta. Uerum p pctm̄ primi parentis, hec iuſtitia originalis ſubtracta ē. Et ideo oēs vires anime, proprio ordie quo naturaliter ordinabantur ad virtutes, remanent quodāmodo deſtitute. Et ipſa deſtitutio, vulneratio nature dr. hec aūt vulneratio ad intima eſſentiāq; anime pertingēs, omnes vires eius deſtituit, et hominē inutilē fecit, iuxta illud Pſal. 13. et. 52. Oēs declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt, non eſt q̇ faciat bonum, nō eſt vſq; ad vnum. Conſiderare nūc libet, q̄ multimoda gratia huic deſtituto et inutili homini opus ſit, vt reſtitutus operetur ea, que ſecundū naturam ſuam ſunt, et ea q̄ naturam ſuam excedunt. Primo, ſicut oēs creature indigent virtute et gratia diuina in omnibus, ea mouente. Nam ad motum non ſolum requiritur ipſa forma, que eſt principium motus vel actionis, ſed etiam requirit motio primi mouentis. Omnes aūt motus tā corporales q̄ ſpūales, reducuntur in primū mouens ſimpliciter, qd eſt deus. Et ideo quantumcūq; natura aliqua corporalis vel ſpūalis ponatur perfecta, non pōt in actum procedere, niſi moueatur a deo. Secundo indiget homo gratia diuina, que eum curet in his que ſunt ei ſcdm naturam. Quia tametſi in ſtatu nature integre (quantū ad ſufficientiam virtutis operatiue) poterat per ſua naturalia velle et operari bonum, ſue nature proportionatū, quale eſt bonum virtutis acquiſite, in ſtatu tñ na-

ture corrupte, etiam deficit ab hoc qđ ſcđm natu-
ram ſuam poterat, vt non poſſit totum hmōi bonū
implere per ſua naturalia, ita vt in nullo deficiat.
Poteſt tñ aliquod bonum particulare agere, quia
natura eius non eſt ex toto corrupta. Tertio in-
diget homo gratia diuina in illis que ſunt ſupra na
turam ſuam, hoc eſt, ad promerendam vitam eter-
nam. Actus enim perducētes ad finem, oportet fi
ni eſſe proportionatos. Nullus autē actus excedit
proportiōem principij actiui. Uita vero eterna eſt
finis excedens proportionē humane nature. Con
cluditur ergo, hoīem per ſua naturalia non poſſe ꝓ
ducere opera meritoria vite eterne, qꝛ opus eſt ad
hoc altiore virtute, ⁊ hec eſt virtus gratie. Perſpi
cuum eſt igitur non poſſe hoīem ſine gratia mere-
ri vitam eternam. Hac aūt gratuita virtute ſuper-
addita virtute nature, indiget in ſtatu nature inte
gre ad vnum duntaxat .ſ. ad volendū ⁊ operandū
bonum ſupernaturale. In ſtatu vero nature corru-
pte, quantum ad duo videlicet, vt ſanetur, ac dein
de vt bonum virtutis ſupernaturalis operetur, qđ
eſt meritoriū. Gratia iſta eſt ſupernaturale quod-
dam habituale donū, a deo homini infuſum, ſcđm
qđ ſuauiter ⁊ prompte ab ipſo mouetur ad bonum
eternum ꝯſequendū. Quemadmodū ⁊ res natura-
les a deo mote ad bonum naturale habendū, for-
mas aliquas ⁊ virtutes habent, que ſunt principia
actuū, vt ſcđm ſeipſas inclinentur in hmōi motus,
⁊ ſic motus quibus a deo mouentur, fiant creatu-
ris ipſis ſeu rebus naturalibus cōnaturales ⁊ faci
les, iuxta illud Sap̄. 8. Diſponit omnia ſuauiter.
Iſtud donum ꝯſtituit hoīem in naturam diuinam
participatam, ſcđm quam ꝟtutes infuſe ipſum diſ-
ponunt, appellaťqꝫ participatio iſta, lumē gratie.
Sicut enim lumen naturale rōnis eſt aliquid, pre-
ter virtutes acquiſitas (que dicuntur in ordine ad
ipſum lumen naturale, ita etiam ipſum lumen gra-
tie, quod eſt ꝑticipatio diuine nature, ſcđm qđ di-

I. Petr. 2. Maxima ꝛ pretioſa vobis promiſſa do
nauit, vt per hec efficiamini diuine conſortes natu
re, ſcd̓m quam etiam regeneramur in filios dei, eſt
aliquid preter ꝟtutes infuſas, que a lumine illo de
riuantur, ꝛ ad illud lumen ordinantur. Sicut enim
virtutes acquiſite, perficiunt hominē ad ambulan
dum ſcd̓m ꝙ congruit lumini naturali rōnis, ita vir
tutes infuſe, perficiunt hoīem ad ambulandum ſe-
cundum qd̓ congruit lumini gratie. Quapropter
ſicut gratia eſt prior virtute, ita habet ſubiectum
prius potentiis anime, que ſunt propria ſubiecta
virtutum, ita vt ſit in eſſentia anime. Sicut enim ꝑ
potentiam intellectiuam homo participat cogniti
onē diuinam per virtutem fidei, ꝛ ſcd̓m potētiam
voluntatis amorē diuinum per virtutē charitatis,
ita etiam per naturā anime participat ſcd̓m quan-
dam ſimilitudinē naturam diuinam, per quandam
regenerationem ſiue recreationē. Dictum eſt autē
ſupra, ꝙ per pctm̄ anima vulnerata eſt, que vulne
ratio pertingit vſqꝫ ad intima ꝛ eſſentiā eius. Id-
circo vt reſtituatur, eſſentie anime gr̄a diuina in-
funditur vt ſanetur, ꝛ ꝯſequenter in altiorem natu
ram transformetur, hoc eſt, diuinam per participa
tionem, hoc enim per gratiam ꝯgrue fit, qꝛ gratia
nobilior eſt qꝫ natura anime, inquantū eſt impreſ-
ſio vel participatio diuine bonitatis, non eſt tn̄ no
bilior quantū ad modū eſſendi, cum natura anime
ſubſtantia, gratia vero accidens ſit. Dixi etiam in
ſuperioribus, oēs anime vires per pctm̄ manere q̄
dammodo proprio ordine deſtitutas. Et ideo indi
gent virtutibus que a gr̄a deriuanꝰ ad cognoſcen-
dum, volendum, ꝛ operandū bonum, non tantū ſe-
cundum proportionē humane nature, verūetiam
ad bonum excedens proportionē hanc qd̓ eſt me-
ritorium vite eterne. Unde ponitꝰ in intellectu vir
tus fidei, que eſt de credendo que humano nō pro
ſpiciunꝰ intellectu, nec rōne indaganꝰ, iuxta illud
ad Hebre. II. Fides eſt ſubſtantia ſperandaꝝ reꝝ

argumentũ non apparẽtium. Uirtus ſpei ponitur
in voluntate, ⁊ eſt certa expectatio future beatitu
dinis, veniens ex dei gratia, ⁊ ex meritis pꝛecedẽ-
tibus. Expectatio hec reſpectum impoꝛtat ad diui
num auxilium, ſiue differatur id qđ ſperaꝛ ſiue nõ.
Uirtus vero charitatis ponitur ſimiliter in volun-
tate ⁊ affectione, in qua eſt amoꝛ. Eſt enim chari-
tas amoꝛ quidam fundatus ſup̲ cõicatione eterne
beatitudinis. Et eſt dilectio qua diligitur deus p̲-
pter ſe, ⁊ pꝛoximus pꝛopter deũ vel in deo. De his
virtutibus dicit Aplꝯs. I. Coꝛ. 13. Nunc aũt ma-
nent fides, ſpes, charitas tria hec. In quibus ver
bis innuitur oꝛdo quidam, qui eſt inter ipſas quan-
tum ad actus, nam quantũ ad habitum ſimul infun
duntur. Oꝛdine generationis vel imperfectiõis p̄-
cedit fides ſpem ⁊ charitatem, itemq̃ʒ ſpes chari-
tatem. Non enim põt motus appetitus in aliquid
tendere amando vel ſperando, niſi illud ſit appꝛe-
henſum ſenſu vel intellectu: per fidem aũt appꝛe-
hẽdit intellectus que ſperat ⁊ amat. Similiter ex
hoc, ꝙ aliquis ſperat bonum aliquod, pꝛocedit ad
amandum ip̄m bonum. Oꝛdine vero perfectionis
charitas pꝛecedit fidem ⁊ ſpem, qꝛ vtraq̃ʒ iſtarum
per charitatem foꝛmaꝛ, ⁊ habet perfectionem vir
tutis: ideo dicit Aplꝯs, Maioꝛ hoꝝ eſt charitas.
Sunt preterea he tres v̲tutes connexe adinuicẽ
ſcđm eſſe ſuum perfectũ. Sed qñ fides ⁊ ſpes ſunt
infoꝛmes ⁊ ſine gr̃a, ſicut ſunt in malis hominibus,
tunc etiam ſunt ſine charitate. Charitas vero nun
q̃ʒ eſt ſine fide et ſpe: connexe ſunt etiam virtutes
iſte donis ſpũſſancti. Nam qui charitatem habet,
etiam ſpm̃ſanctum habet. Unde đꝛ ad Ro. 5. Cha
ritas dei diffuſa eſt in coꝛdibus nr̃is per ſpm̃ſan-
ctum, qui datus eſt nobis. Habens vero ſpm̃ſan-
ctum, habet dona eius, que ponuntur Iſai. II. Sa
pientiam, intellectum, ꝯſilium, foꝛtitudinem, ſciẽ-
tiam, pietatem ⁊ timoꝛẽ: hec neceſſaria ſunt homi
ni, nam licet per theologicas v̲tutes pꝛefatas, con

iungatur deo, a quo mouetur ad ſupernaturalē bea
titudinem, non tñ per eas redditur prompte mobi
lis ab ipſo. Quapropter opus habet, vt per habi
tus quoſdā hoc aſſequatur. i. prompte mobilis ad
imperium ſeu inſtinctum diuinū efficiatur (hoc eſt
per dona ſpūſſancti) quemadmodū per morales
virtutes diſponitur ꝛ perficitur, vt ſit bene mobi-
lis ad imperium rōnis, de his donis dr. I. Joh. 2.
Sicut vnctio docet vos de omnibus. Hic etiā vir-
tutibus theologicis, cōnexe ſunt virtutes morales
infuſe ſcđm eſſe ipſarū perfectum: Quia virtutes
morales non poſſunt eſſe perfecte perfectione, in
vltimū finem ducente, niſi ſint cum fide, ſpe, ꝛ cha
ritate. Uirtutem infuſam moralē diffinit Aug⁹ lib.
2. de libero arbi. dicens: Uirtus eſt bona qualitas
mentis, qua recte viuitur, qua nemo male vtitur,
quam deus in nobis ſine nobis operaꝛ, q᷑ ipſe pn-
cipaliter operatur, adultis tñ ꝯſentientibus vel co
operantibus, ſecus de pueris, q᷑ teſtante eodem:
Qui creauit te ſine te, nō ſaluabit te ſine te. Si ve
ro huius diffinitionis vltima particula auferatur,
tunc ipſa cōis erit virtutibus infuſis ꝛ acquiſitis.
Et q̄uis inter ſe virtutes morales infuſe, ꝛ ꝟtutes
morales per actus frequentatos acquiſite multum
differant (cum ille perficiant hoīem ꝛ diſponāt ad
ſupernaturalem beatitudinē, vt viuat ſcđm deum,
iſte vero perficiant ꝛ diſponant eum ad beatitudi
nem ſibi connaturalem, vt viuat ſcđm dictamen re
cte rōnis: ille per actus ſuos mereātur vitam eter-
nam, iſte non niſi gr̄a comite: ille corrumpantur ꝑ
vnum actum pcti mortalis, iſte non corrumpātur
per vnum actum contrariū ꝛc.) tñ ſunt circa eandē
materiam ꝛ in eodem ſubiecto, et eiſdem nomini-
bus exprimuntur, ꝛ eo modo diffiniuntur, cadūtq̄
ſub precepto, q᷑ precepta dantur de actibus vir-
tutum. Tenemur enim ſcđm humanā naturam vi-
uere. i. ſcđm dictamen recte rōnis, et hoc virtutes
morales in nos efficiunt. Sunt autē principales

⁊tutes, ſiue infuſe, ſiue acquiſite, quibus alie (tan
q̄ earum partes) coniunguntur quatuor videlicet,
prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperantia. Eſt aūt
prudētia (ſcd̄m Ph̄m) recte ratio agibilium. Iu
ſtitia (ſcd̄m iuriſperitos. ff. de iuſt. ⁊ iure. l. iuſtitia)
eſt perpetua ⁊ ↄſtans voluntas, ius ſuum vnicuiq̄
tribuens. Fortitudo (ſcd̄m Tullium) eſt ↄſiderata
periculoꝝ ſuſceptio, ⁊ laborum perpeſſio. Impor
tat aūt firmitatē animi in ſuſtinendis et repellēdis
ijs, in quibus maxime difficile eſt firmitatē habe-
re, hoc eſt in grauibus q̄buſq̄ periculis, proprie
aūt eſt circa pericula mortis. Temperantia (ſcd̄m
Iſidoꝝ) eſt qua libido ⁊ ↄcupiſcentia refrenatur.
Eſt autē principaliter circa delectationes tactus:
ſecūdario vero circa guſtum, qui eſt quidā tactus,
circaq̄ delectationes alioꝝ ſenſuum. Per has vir-
tutes (maxime per infuſas) curantur vulnera natu
re per pct̄m inflicta, que (teſte venerabili Beda)
ſunt ignorantia, curaturq̄ per prudentiā: malitia,
⁊ curatur per iuſtitiam: infirmitas, curaturq̄ p̄ for
titudinem: ↄcupiſcentia, et curatur per temperan
tiam. Recuperata ſanitate, incipiunt homini ſape
re fructus ſui. i. opera ſua, que ſcd̄m dictamē recte
rōnis, ab eo tanq̄ ab arbore ꝑcedunt, vel ꝑcedūt
ab eo ſcd̄m altiorem virtutē, que eſt virtus ſpūſſan
cti, ⁊ tūc ſunt fructus ſpūſſancti, q̄s enūerat Apl's
ad Gala. 5. Sic tandem attingit ad guſtandū bea
titudines, in quibus perfectius excellentiuſq̄ in-
uenitur iſte fructus, de quibus hr̄ Mat. 5. Ille eñ
btitudines etiam in hac vita, ſcd̄m quandā partici
pationē ⁊ guſtum poſſidētur, teſte btō Aug. Huc-
uſq̄ de primo membro quo innuebatur, q̄ p̄ bona
opera, nemo pōt mereri primā gr̄am gratū facien
tem, nec eternam btitudinem ſine gr̄a gratū faciē-
te: Quia gr̄a gratum faciens, nobilior eſt ipſa ani
ma: Idcirco actus meritorius ipſius anime natu-
ralis, non eſt proportionatus ipſi gratie, non ergo
pōt ad eam merēdo attingere. Sed poſtq̄ anima

a deo primam gratiam gratum faciente adepta fu
erit, tunc poteſt per gratiam, que primo iuſtifica-
tionem operabatur, promereri augmentum gra-
tie et eternam felicitatem, gratia ipſa cooperan-
te: Hec eſt doctrina ſanctoꝝ doctorū, ⁊ matris vni
uerſalis eccleſie, quam negare impium ē. Sed de
hoc inferius latius. Hanc aūt materiam extendi ⁊
latius deſcripſi, propter eos, qui eius notitiam nō
habent, vt videant quanta requiruntur ad iuſtifica
tiōem pctōris, ⁊ oīs ſaluandi hominis. Sine his
omnibus, dēptis virtutibus acquiſitis, quo ad ali-
quos, nemo ſaluabitur. Que tñ infinita vis diuina
ſubito operari pōt. Impoſtores peſſimi videant,
qualit ſeducunt miſeros, promittētes eis eternam
ſalutem per ſolam fidem, ⁊ confidētiam diuine mi-
ſericordie, cum fides ſit ſolum de lumine, vel lumē
credendorū, ⁊ eius actus ſit credere, ⁊ oſtendit vo
luntati diligenda ⁊ volēda. Que oīa etiam com
munia ſunt nobis cum demonibus. Confidētia et-
iam diuine miſericordie innixa, ſine gratia ⁊ chari
tate ( que ſcđm ſanctum Gregoriū magna operat
ubi eſt, ſi autē operari deſtiterit, charitas non eſt)
fruſtrabit ſua ſpe, quia deus iuſtus eſt, ⁊ punit pec
catores, qui non egerunt penitentiam in gr̄a ⁊ cha
ritate dei. Utinā, ſicut peccatores diligunt miſeri
cordiam, ita diligerent iuſtitiam, ( ſcđm dictū Sa-
piētis Sap. I. Diligite iuſtitiam ) vt conformes eſ-
ſent domino: de quo dicit pſalm. 32. Diligit miſeri
cordiam ⁊ iudicium. Sed dicunt illud Jacobi. 2.
Miſericordia ſuperexaltat iudicium. Uerum eſt.
Sed vbi ſedebit, id ē, vbi quieſcet dominus miſeri
cors ⁊ miſerator ⁊ iuſtus: dicitur in pſalm. 96. Iu-
ſtitia ⁊ iudicium correctio ſedis eius. Anima iuſti
ſedes eſt ſapiētie. Sic igitur exaltat miſericordia
iudicium, vt tamē de iudicio nihil pereat. Hac peſ
ſima preſumptione plures perſeuerant in malitia
ſua, ⁊ pereunt, dicentes: Deus eſt miſericors. Qđ
autem dicunt, qui fidem habet, habet omnes vir-

tutes, falſum eſt, vt per diffinitionem eorum ſupe-
rius patuit: immo nec actus eius, ſcilicet credere,
meritorius eſt, niſi a voluntate ex charitate impe-
retur: Alias demones mererentur, quia ipſi cre-
dunt. Beatus Leo papa in homilia ſuper euange
lium, Uidens Jeſus turbas, ſic ait: Nihil eſt aliud
diligere deum, ꝙ amare iuſtitiam.

Diſtinctio .III.

¶ Nunc ſecundum membrum, quo inſinuabatur
quod adultus ſine omni opere per ſolam gratiam
non poteſt mereri eternā beatitudinem, proſequa-
mur: Sciendum eſt igitur, quod dicere hominem
non poſſe cōſequi eternam beatitudinem ſine ope
ribus per ſolam gratiam, hoc ita accipiendum eſt,
non propter inſufficientiam diuine virtutis beati-
ficantis, qui vtiq; bonorum noſtrorū non eget, pſal
mo. 15. nec propter defectum miſericordie miſerē-
tis dei, ſed vt ꝯſeruet ordo in rebꝰ. Nulli dubium
ſi vellet deus, poſſet hominem ſimul facere recte
tendentem in vltimum finem, ⁊ aptum ad recipien
dum ipſum vltimum finē, ⁊ ipſum finem conſequen
tem, qui eſt ipſa beatitudo, ſicut fecit ī Chriſto, cu
ius anima ſtatim in principio ſue creationis, abſq;
aliqua operatione meritoria precedente, fuit bea-
ta. Sed hoc eſt ſingulare in ipſo, eo quod per ip̄m
beatitudo erat ad alios deriuanda, ſecundum illud
Apoſtoli ad Hebreos. 2. qui multos filios in glori
am adduxerat. Debebat ergo ipſe perfecte habe-
re, quod alijs daret. Non autem in corpore, ſed in
anima, vt opus redemptionis nature humane im-
pleret ī corpore, ⁊ ſuo exemplo doceret filios, quo
merito ab eo beatitudinem participarent. Opor-
tuit enim (ait de ſeipſo) Chriſtum pati, et ita intra-
re in gloriā ſuam. Ideo docet: Qui non accipit cru
cem ſuam, ⁊ ſequitur me, non eſt me dignus. Mat
thei decimo, ⁊ Luc. 14. Qui non baiulat crucem
ſuam, ⁊ venit poſt me, nō poteſt meus eſſe diſcipu
lus: ⁊ iterū Matth. 16. Si quis vult poſt me veni-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re, abneget ſemetipſum, ⁊ tollat crucem ſuam, ⁊ ſe
quatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluā
facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animā
ſuam propter me, inueniet eam. Quid enī prodeſt
homini, ſi mūdum vniuerſum lucretur, anime vero
ſue detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo
commutationem pro anima ſua? Similia habētur
Marci. 8. in effectu verborum, ⁊ Luce. 9. Sequi-
tur Matth. 16. Filius enim hominis venturus ē
in gloria patris ſui cum angelis ſuis, ⁊ tunc reddet
vnicuiqꝫ ſecundum opera eius. Ecce Jeſus magi-
ſter noſter ⁊ dominus fecit hec ⁊ docuit. Oportet
igitur vt ſaluādi crucem portent cum Chriſto, cru
cifigantur cum Chriſto, moriātur cum Chriſto, re-
ſurgant cum Chriſto, ſi voluerint regnare cū Chri
ſto. Crucem cum Chriſto portare, eſt aduerſa hu-
ius mundi pie ⁊ virtuoſe pro deo, ⁊ penitētiam ve
ram pro peccatis equanimiter tolerare, iuxta illud
Apoſtoli. 2. Timothe. 3. Oēs qui volunt pie vi-
uere in Chriſto Jeſu, perſecutionē patientur. Cru
cifigi cum Chriſto, eſt vitia ⁊ cōcupiſcentias mor
tificare, iuxta Apoſtolū ad Gala. 5. Qui ſunt Chri
ſti, carnem ſuā crucifixerunt cum vitijs ⁊ concupi-
ſcentijs: ⁊ ad Roma. 6. Vetus homo noſter ſimul
crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, (id eſt
congeries peccatorꝫ) vt vltra non ſeruiamus pec-
cato: Hec ille. Mori cum Chriſto, eſt mori pecca-
tis, quia Chriſtus pro peccatis mortuus eſt, ⁊ no-
ſtra nobis remiſſa ſunt, ſi tamen peccata in nobis
mortificauerimus, ſicut hortatꝰ Apoſtolus Col. 3.
Mortificate membra veſtra que ſunt ſuper terrā,
fornicationem, immunditiam, libidinem, concupi
ſcentiam malam, auaritiam ⁊c. Et talibus mortifi-
catis ait ibidē: Mortui enim eſtis. et ad Rom. 6.
Qui mortui ſumus peccato ⁊c. Itē ibidē. Qui mor
tuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato. Reſurgere cum
Chriſto, eſt vitam Chriſti pro poſſe in virtutibus
imitari, iuxta illud Apoſt. ad Roma. 6. Conſepul

ti eñi ſumus cum illo ꝑ baptiſmũ in mortẽ, vt quo-
modo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam pa
tris, ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si
enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis
eius, ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. ⁊ alia ibidem.
Et ad Eph. 4. Renouamini ſpiritu mẽtis ueſtre,
⁊ induite nouũ hominem, qui ſecundũ deum crea-
tus eſt, in iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis ⁊c. Hic eſt
nouus homo, de quo ad Gala. vltimo: In Chriſto
Jeſu neqꝫ circumciſio aliquid valet, neqꝫ preputi-
um, ſed noua creatura. Hic nou⁹ homo viuet, ⁊ re-
gnabit cum Chriſto. 2. Timo. 2. Si commortui ſu-
mus, et conuiuemus: ſi ſuſtinemus, ⁊ conregnabi-
mus. Etiã heres erit regni Chriſti, ad Ro. 8. Ipſe
ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quod ſu-
mus filij dei: ſi autem filij, ⁊ heredes: heredes qui
dem dei, coheredes aũt Chriſti: ſi tamen compati
mur, vt ⁊ conglorificemur. Hec pauca commemo-
rauimus, vt ſciam⁹ ex doctrina magiſtri noſtri Je-
ſu Chriſti, ⁊ apoſtoli ſui Pauli, quid agendum ſit
ſaluandis, qui regnabunt cum ipſo domino Jeſu in
eterna beatitudine. Et ſi Chriſtus paſſus eſt ꝓ no
bis, quare nõ etiam nos ꝓ eo aliquid patiemur, ut
ipſi conregnemus? Paulus apoſtolus multa paſ-
ſus eſt, ⁊ tamen ait Ro. 8. Exiſtimo q̄d non ſunt cõ
digne paſſiones huius temporis ad futuram glori
am, que reuelabitur in nobis. Oportet ergo, vt ad
ulti ſaltem bonis operibus hoc regnum mereant.
Innocẽtes vero baptizati pueri, operari non poſ-
ſunt, ſed quia per baptiſmum membra Chriſti fa-
cti ſunt, ſubuenit eis meritũ Chriſti ad beatitudinẽ
conſequendã. Sic eñi deus (qui omnia creauit pro
pter gloriam ſuam. i. vt notam faceret bonitatẽ ſu
am, ⁊ certas leges ĩſtituit) ordinauit, vt homo eter
nam beatitudinem mereretur. Et quod hoc ita ſit,
ꝑ ſubiecta teſtimonia ſacre ſcripture oſtendemus:
Primo occurrit illud Matth. 20. vbi narratur pa-
rabola de conductis in laborem vinee patrisfami

lias.i.ipſius dei, ꝑ denario diurno. Et in fine dici-
tur: Uoca operarios, et redde illis mercedem ſuā.
Que merces ab vniuerſali eccleſia et doctoribus
eius intelligitur eterna vita, ſaltem finaliter. Id ne
gare non poteſt Chriſtianus, ſed ethnicus ⁊ paga
nus. Igitur ab origine mundi vſq; ad finem eius,
omnes conducti ſunt a deo ꝑ mercede.i.eterna be
atitudine, quā in fine vite vnuſquiſq; accipiet, q: ta-
lem vnuſquiſq; in egreſſu ſuo mercedē accipiet ſin
gulariter, qualem in nouiſſimo die accepturus eſt,
quando vnicuiq; merces dabitur generaliter. Se-
cūdo occurrit illud Gen. 15. Noli timere Abram,
ego ꝓtector tu⁹ ſum, et merces tua magna nimis.
Claꝝ eſt, q̄d merces, que deus eſt, ipſa eterna bea
titudo eſt. Merces aūt reſpectum habet ad debi-
tum ex merito operis Teſtatur hoc ſcriptura: Nā
ad Rom. 4. ca. Apoſtolus ait: Ei aūt qui operat̄,
merces non imputatur ſecundū gratiam, ſed ſcd̄m
debitum. Ecce merces reſpicit debitū ex merito
operis. Abrahā vero obedierat deo, exiens de ter
ra ſua ⁊ cognatione ſua ⁊c. Gen. 12. Tam eminen-
tis bonitatis eſt deus, vt dignēt ſe nobis facere de
bitorem. Unde canit eccleſia; Si corde rogamus
mundo, certe debes ex promiſſo. Sed hec dei di-
gnatio ē, ⁊ non valor noſtri operis, ſed ſicut ſupra-
dictum eſt, ex gratia gratum faciente, grata effici-
untur noſtra opera ⁊ meritoria. Unde ſubdit Apo
ſtolus: Ei vero qui non operat̄ (intellige opa legis, q̄
paꝝ ſupra meminerat, ⁊ per que putabāt ſe Iudei
iuſtificari) credenti autē in eū qui iuſtificat impiū,
reputatur fides eius ad iuſtitiam ſcd̄m ꝓpoſitum
gratie dei. Quia fides egreditur a gratia dei, ut ſu
pradictū eſt. Gratia vero hec, eſt origo meriti bo-
noꝝ opeꝝ, ⁊ non cadit ſub merito, ſed eſt ꝑueniēs
omnes iuſtificandos peccatores, dans remiſſionē
peccatorū, et beatitudinē ſpei in via. Unde ſubdit
Apoſtolus: Sicut ⁊ Dauid dicit beatitudinem ho
minis, cui deus accepto fert iuſtitiam ſine operi-

bus. ſ. legis: Beati quoꝝ remiſſe ſunt iiquitates, et
quorum tecta ſunt peccata ⁊c. Quia hec gratia pri
ma ⁊ gratum faciens, gratis datur a deo ⁊ ſine me
rito operꝝ quorumcunqꝫ, ſed facit opera ſequentia
meritoria augmenti gratie, ⁊ eterne beatitudinis,
et tunc vocatur gratia cooperās, quia cooperatur
operanti ⁊ operibus ſuis. Hoc etiam manifeſte in
verbis Apoſtoli habetur. Dicit enim: Credenti in
eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad
iuſtitiam ſcd̄m ꝓpoſitum gratie dei. Quaſi dice-
ret, ꝓpoſitum gratie dei eſt. i. deus ꝓponit ꝑ gra-
tiam impium iuſtificare, vt fides eius ad iuſtitiam
reputetur. i. vt opera que ex tali fide ſequentur, ſci
licet credere ⁊ ꝑ dilectionem operari (de quo Apo
ſtolus ad Gal. 5.) ad iuſtitiam reputentur, vt vide
licet efficiantur iuſta ⁊ meritoria. Qui enim iuſtus
eſt, operando ſcd̄m illam iuſtitiam, meretur merce
dem etiam ex debito ꝓpter ꝓpoſitum gratie dei.
Non enim propoſitum dei eſt, per gratiam impiū
iuſtificare, vt ſolū credat, ſed vt ꝑ charitatē opere
tur. Propterea ⁊ Abrahe ⁊ oīibus prioribus pa-
tribus ⁊ poſterioribus dedit precepta ⁊ mandata
de actibus virtutum, vt patet per vniuerſam ſacrā
ſcripturam: immo ipſum credere eſt in precepto
qđ eſt actus credentis vel fidei: ſed nō eſt meritori
us, niſi fuerit a volūtate per charitatē imperatus.
Nō eſt ergo fides illa informis vel ſine charitate,
que per gratiam dei reputatur ad iuſtitiam, ſed il-
la que ꝑ dilectionem operatur. ad Gala. 5. Volun-
tas per charitatem mouet intellectum ad aſſenti-
endū his que ſunt fidei, ⁊ captiuat intellectū in ob
ſequium Chriſti, vt innuitur. 2. Corint. 10. vt fides
reputetur in iuſtitiam. Quando iuſtificatur impi-
us, gratia infundit̄ eſſentie anime, charitas volun-
tati, intellectui fides ⁊c. intellectus preſentat vo-
luntati obiectum ſuum ſcilicet bonum appetēdum
⁊ diligendum. Voluntas per charitatem tendit in
ſummum bonum, ⁊ imperat intellectui vt tēdat in

primam ⁊ infallibilem veritatē, ⁊ ad aſſentiendum
his que ſunt fidei. Et hoc maxime fit, quando infi-
delis ad fidem conuertitur. Ecce in iuſtificatione
impij homo mouetur a deo, ⁊ motus ſeipſum mo-
uet, aſſiſtēte motui eiꝰ deo. Quomodo igit͛ (vt he
reticus inquit) agit ibi nuda fides? Eſſet ne exiſtēs
ſine gratia in anime eſſentia, ⁊ ſine charitate in vo
luntate, ſola fide exiſtente in intellectu homo iu-
ſtus? Sed has rerꝫ diſtinctiones, ⁊ eas quas ſupra
poſuimus, nolunt heretici admittere, dicentes ī fi-
de oīa haberi. Sic ſpiritualem cibum offerunt con
fuſum, vt diſcerni nequeat admixto veneno perfi-
die, vt animas occidant, quaſi ſi quis corporalem
cibum adminiſtrās, in vna olla miſceret cum vene-
no panem, piſcem, holera, nuces, carnes, vinū, ce
reuiſiā, ſinapiū, caſeū ⁊c. ⁊ diceret conuiuis, come
dite, hic eſt panis, quia ſecundum doctores in ſcri
pturis, panis repreſentat om̄em cibum. In tātam
veſaniam ⁊ execrabilem ſuperbiā, modernis tem-
poribus heretici prolapſi ſunt, vt ſanctiſſimis do-
ctoribus (quorꝫ ſanctiſſima ⁊ immaculata vita, ⁊ il
luminoſiſſ. doctrinis, et clariſſimis miraculis, tota
eccleſia catholica iam mille ⁊ pene quingentis an
nis illuſtrata eſt) non ſolum equare ſe audeant, ve-
rumetiam ſuper illos ſe extollere preſumant, ⁊ (qđ
iniquiſſimū ē) eorꝫ ſancta et ꝟitate plena dogmata
deteſtari, ⁊ tanq̄ falſa abijcere ſint conati. Uniuer
ſitatibus inſup detrahunt, ſtudia derident, vt cum
ſana doctrina plebs fidelis edocta non fuerit, vnuſ
quiſqꝫ quod libet, faciat, ab obedientia ſuperiorū
recedat, inuocantes deū ac ſanctos eius colentes
extinguat, ⁊ omnia ⁊ om̄es in confuſum peccatorꝫ
chaos deducāt. Sed de his impreſentiarum ſatis.
Nunc reuertamur a quo digreſſi ſumus, ⁊ illud ad
Epheſios. 2. (vbi dicitur gratia eſtis ſaluati per fi-
dem, ⁊ hoc non ex vobis. dei enim donum eſt, ⁊ nō
ex operibus, vt ne quis glorietur) p̄cedentibus cō
nectamus, cum quibus multam videt͛ habere con

formitatem. Nam hic manifeste exprimitur, quod gratia dei (que eſt donum eius) eſt cauſa noſtre ſalutis, ⁊ non noſtra opera, quia precedit ea, vt iam ſepe dictum eſt. Fides aūt eſt prima virtus huius gratie ſcd̄m actū; licet ſecūdum habitum cum ſpe ⁊ charitate ſimul infundatur, ⁊ ideo pre ceteris exprimitur. Chriſtiani etiam ab ea fideles appellati ſunt. Non autē vult Apoſtolus docere, quod ꝑ bona opera non mereamur vitam eternam, cum contrariū manifeſte dicat, vt infra patebit, ſed excludere voluit errorem Iudeorū, qui ſe putabant ſaluari per opera legis; itemqꝫ eoꝝ qui putabant ſua opera ſine gratia poſſe ſufficere ad ſalutem, ⁊ inde gloriabantur. Quapropter repreſſit hanc gloriationem etiam. 2. Corin. 10. ſcribens: Qui gloriat(inquit) in domino glorieꝰ. ⁊ Pſal. 33. dicitur: In domino laudabitur anima mea, quia a domino habet quod ſit laudabilis. Uerum hunc ſcripture locū, ⁊ eum quem prefati ſumꝰ ad Rom. 4. ceteraqꝫ multa, quidā (vt verbis vtar beati Petri apoſtoli epiſtola eiuſdem canonica. 2. capite vltimo) indocti ⁊ inſtabiles deprauāt, ſicut ⁊ ceteras ſcripturas ad ſuam ipſoꝝ perditionē. Hi ſunt heretici q̄ ſunt indocti in ſcripturis ſcd̄m ſenſum ſpiritus ſancti, ⁊ inſtabiles in fide ⁊ moribꝰ. Subiungamus nunc autoritates ſcripture ſancte, que de merito loquūtur, ſicut due predicte. Tertio occurrit illud Ruth cap. 2. vbi dicitur: Reddat tibi dominus pro opere tuo, et plenam mercedē accipias a domino deo Iſrael ad quem veniſti, ⁊ ſub cuius cōfugiſti alas.

Quarto, precedenti concordat illud, quod dicitur. 2. epiſt. canonica ſancti Johannis apoſto. Uidete (inquit) voſmetipſos, ne perdatis que operati eſtis, ſed vt mercedē plenā accipiatis. Quinto eſt illud Paral. 15. vbi dicitur: Confortamini, ⁊ non ſoluātur manus veſtre. i. opera. erit enim merces operi veſtro. Sexto Prouerb. xi. dicit: Seminanti iuſtitiam, merces fidelis. i. eterna retribu-

tio. Septimo, Matth. 5. perſecutionē patienti
bus dicit dominꝰ: Gaudete ⁊ exultate, qm̄ merces
veſtra copioſa eſt in celis. Octauo, Matt. 6. di
citur: Attēdite ne iuſtitiam veſtrā faciatis corā ho
minibus vt videamini ab eis, alioquin mercedē nō
habebitis apud patrem veſtrū qui in celis eſt. Id
circo manifeſtum eſt, ꝙ iuſtitiam facientibus non
vt videātur ab hominibus, merces eſt apud patrē
qui in celis eſt. Nono, Marci. 10. dicitur: Quiſ
quis potum dederit vobis calicem aque frigide,
amen dico vobis, nō perdet mercedem ſuam, hoc
eſt, habebit mercedem ſuam. Decimo. 1. Corin
thi. 3. dicitur: Unuſquiſqꝫ propriam mercedem re-
cipiet ſcd̄m ſuum laborem. Undecimo. 2. Corin
thio. 5. Om̄es nos manifeſtari oportet ante tribu
nal Chriſti, vt referat vnuſquiſqꝫ ꝓpria corporis,
prout geſſit ſiue bonum ſiue malū. Duodecimo
Chriſtus dominus in euangelio Luce. 10. ⁊ Pau-
lus apoſtolus. 1. Timo. v. dicunt, dignus eſt ope-
rarius mercede ſua. Tertiodecimo, Apoca. 22.
dicitur: Ecce venio cito, ⁊ merces mea mecū, red-
dere vnicuiqꝫ iuxta opa ſua. Reddere eſt iteꝝ da-
re vel reſtituere. Et ſicut in propoſito materia re-
quirit, eſt dare pro opere vel merito mercedē, vbi
requiritur debitum ſcd̄m iuſtitiam. Ideo etiam di
cit Apoſtolus. 2. ad Tim. 4. In reliquo repoſita
eſt mihi corona iuſtitie, quam reddet mihi domi-
nus in illa die iuſtus iudex. Pro quo clarius intelli
gendo, eſt ſciendum ꝙ opus meritorium hominis
poteſt dupliciter conſiderari: Uno modo ſcd̄m qꝺ
procedit ex libero arbitrio, ⁊ ſic meretur eternam
beatitudinem de congruo. Uidetur enim congru-
um, vt homini operanti ſecūdum ſuam virtutē de-
us recōpenſet ſcd̄m excellētiam ſue virtutis. Alio
modo poteſt meritorium opus ꝯſiderari ſecūdum
ꝙ procedit ex gratia ſpiritus ſancti, ꝑ quam homo
ꝯſors factus eſt diuine nature, ⁊ adoptatus in fili-
um dei, ⁊ cui debet̄ hereditas ex ipſo iure adopti-

onis, ſcd͞m illud ad Ro. 8. Si filij, ⁊ heredes. et ſic eſt meritoriū vite eterne ex condigno. Sic eñi valor meriti attendit ſcd͞m virtutē ſpiritusſancti mouentis nos in vitam eternam, ſcd͞m illud Joha. 4. Fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternā. Et tantū de autoritatibus mercedem continentibus, dicta ſufficiant. Diſtinctio .IIII.

¶ Nunc de op͞ibus meritorijs aliqua ex ſacro eloquio teſtimonia adducam⁹: Occurrit inter cetera illud Deut. 6. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua, ⁊ ex tota fortitudie tua. Quibus Matt. 22. addit, ex tota mente tua. Marci. 12. ⁊ Luc. 10. eadem ponunt, ſed loco fortitudinis dicit Marc⁹ ex tota virtute, ⁊ Lucas ex omnib⁹ virib⁹ tuis. Et (vt dicit Jeſus legifer vtriuſq; teſtamenti) hoc eſt primū ⁊ maximum mandatum. Scd͞m aūt ſimile ē huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duob⁹ mandatis tota lex pendet ⁊ pphete. Quicquid ergo precipit de fide ⁊ ſpe alijſq; virtutib⁹, in ſola radice charitatis ſolidat. Charitas vero opando implet, dño Jeſu atteſtante qui ait: Qui habet mandata mea ⁊ ſeruat ea, ille eſt qui me diligit. Joh. 14. Et ibidē: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et iterū: Si quis diligit me, ſermonem meū ſeruabit. Opa ꝓo charitatis merentur vitam eternam. Quia ſubdit dominus: Et pater me⁹ diliget eum, ⁊ ad eum veniem⁹, ⁊ mãſionem apud eum faciemus. Item ibidem ſupra hoc, Qui diligit me, diliget a pr̄e meo, et ego diligam eum, ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Hec cognitio ⁊ iſta dilectio eſt vita eterna. Quia cui deus manifeſtatus eſt, ⁊ q̊ a deo diligit, vtiq; deū videt, ⁊ eū diligit, ⁊ eo inamiſſibiliter fruit, q̊ eſt eterna beatitudo, q̄uis eſſentialit̄ ꝯſiſtat in aſpectu claro ipſius diuinitatis. Unde dicit dominus Jeſus Johannis. 17. Hec eſt vita eterna, vt cognoſcāt te ſolum deū verum, et quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Hanc voluit diligētibus ſe dari, vnde ait: Pater,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego ⁊ illi ſint me-
cum, vt claritatem meam quam dediſti mihi ⁊c. Et
in principio eiuſdē capituli de ſeipſo loquens, ait:
Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis. i. om̄is
humane creature, vt omne quod dediſti ei, videli-
cet in gratia, charitate, ⁊ fide atq; ſpe, det eis vitā
eternam. Ad hanc beatitudinē ꝓducunt oꝑa cha-
ritatis, que tamen nō ſunt ſine fide ⁊ ſpe ⁊ alijs vir
tutibus, que tamen omnia viuificantur ⁊ formātur
per charitatem, ſine qua fides ⁊ omnia opera eius
(etiam ſi tradiderit hominem vt ardeat ⁊ montes
tranſferat. I. Cor. 13) nihil eſt etiā, ſed cū demōib⁹
deputatur, qui credunt ⁊ contremiſcunt Jacob. 2.
Impoſſibile eſt enim, ꝙ virtus intellectualis, etiā
infuſa, qualis eſt fides, iuſtificet ⁊ gratū faciat ho-
minem deo, ⁊ dignum eterna vita. Et quando ſcri-
pture dicunt, qđ fides purificat corda vel ꝙ iuſtifi-
cat peccatorem vel ſimilia, hoc intelligitur ſane de
fide in gratia radicata ⁊ ꝑ charitatem viuificata,
per quam fides talia dicitur operari, licet proprie
loquendo fides non oꝑetur, niſi intellectum illumi-
nando, ſed charitas que eſt in volūtate, operatur.
Ideo angeli cātauerūt, Pax hominibus bone vo-
luntatis, ⁊ non cantauerunt, Pax hominibus ſani
intellectus, q̄uis bone volūtatis hoīes ſint etiam
ſani intellectus, quo ad fidem. Quod autem dicit̄
per Apoſtolum ad Hebreos. xi. Sine fide impoſ-
ſibile eſt placere deo, verū eſt: ſed non per ſe ſolam
quis placet deo, ſed per gratiam et charitatē: que
charitas nunq̄ eſt ſine fide, nō eñ pōt aliquid dili-
gi niſi cognitum. Per fidem vero agnoſcitur qđ di-
ligendum eſt. Ideo fides eſt prima virtus ordine
generatiōis ⁊ imꝑfectionis, charitas vero ordine
ꝑfectionis. Ideo ab Apoſtolo dicit̄ maior. I. Co-
rint. 13. vt ſupra dictū eſt. Recte ꝑ ſanctum Jaco-
bum dicitur cap. 2. qđ fides ſine operibus mortua
eſt. Quia charitas que eſt vita fidei, non eſt otio-
ſa, ſed ſemper operat̄. Si igitur deſunt adulto ope

ra, cognoſcitur certiſſime, quod fides eſt ſine cha-
ritate ⁊ gratia gratum faciente. et per conſequens
infallibiliter ſequitur, qđ ipſa fides ſit mortua, ad
quam fidem lex non intendit hominem perducere,
ſed ad dilectionē, de qua dicitur: Plenitudo legis
eſt dilectio ad Ro. 12. ⁊ 1. Tim. 1. Finis precepti
eſt charitas. non dicit fides. Sicut fides commen-
datur ĩ ſcripturis ſanctis, tanq̃ iuſtitiam operetur
⁊c. ita etiam cetere virtutes ꝯmendantur. De mul-
tis vnum teſtimonium proferamus: Beati (inquit
dominus Matthe. 5.) pauperes ſpiritu, quoniam
ipſorum eſt regnum celorum. Sufficiat nobis igit̃
vnica hec virtus, ſine ſpe ⁊ charitate ⁊ ceteris oĩ-
bus, quia nobis ſufficit regnum celoꝝ, nec aliud re
quirimus. Sed reuera vnica hec virtus non perdu-
cit in celum, quemadmodum nec ſola fides. Error
igitur Lutheranoꝝ eſt nimis craſſus. Proſequa-
mur opera meritoria: Poſtq̃. 2. Corinth. 4. Apo-
ſtolus ſcripſerat: In omnibus tribulationem pati-
mur, ſed non anguſtiamur: aporiamur. i. depaupe-
ramur et non deſtituimur: ꝑſecutionem patimur,
ſed non derelinquimur: humiliamur, ſed non ꝯfun-
dimur: deiſcimur, ſed non perimus. Semꝑ mortifi-
cationem Jeſu Chriſti in corpore noſtro circumfe
rentes, vt ⁊ vita Jeſu in corporibus noſtris mani-
feſtetur. Semꝑ enim nos qui viuimus, in mortem
tradimur propter Jeſum, vt ⁊ vita Jeſu manifeſte
tur in carne noſtra mortali ⁊c. ſubiecit. Jd eñ qđ
in preſenti eſt momentaneum ⁊ leue tribulationis
noſtre, ſupra modum ĩ ſublimitate, eternum glorie
pondus operat̃ in nobis, non cõtemplantibus no-
bis que videntur, ſed que non vidẽtur. Que enim
videntur, temporalia ſunt: que autem non vident̃,
eterna ſunt: Hec ibidem. Ex quibus imbuimur ad
quid valent bona opera, ⁊ cuius efficientie ſit ipſa
patientia. Jdcirco bene ſcripſit ſanctus Jacobus
1. cap. Patientia opus perfectum habet. Sed ne-
q̃ patientia, neq̃ vlla virtus alia, ſine gratia, fide,

ſpe, et charitate aliquid valet. Sola vero fides ni-
hil valet ad meritū, ſed bñ ad eternū interitū. Un-
de dicitur. 2. Pet. 2. Melius erat illis non cogno-
ſcere viam iuſtitie, q̄ꝫ poſt agnitionem retrorſum ꝯ
uerti ab eo, qđ illis traditum eſt ſancto mandato.
Mandatum aūt datur de actibus vel opibus vir-
tutum, in quibus ꝯpletur volūtas precipientis vel
mandantis. Dicitur etiam ad idem Luce. 12. Ser
uus qui cognouit voluntatem domini ſui, et non ſe
preparauit, ⁊ non fecit ſcđm voluntatē eius, vapu-
labit multis. Qđ autem fides ſola ſine operibꝰ ce
terarum virtutum nihil eſt, patet Jacob. ca. 2. vbi
ait: Fides ſi nō habeat opera, mortua eſt in ſemet
ipſa. Sed dicet quis: Tu fidem habes, ⁊ ego opa
habeo. Oſtende mihi fidem ſine operibus, et ego
oſtendam tibi ex opibus fidem meam. Tu credis
quoniam eſt vnus deus. Bene facis. Et demones
credunt, ⁊ contremiſcunt. Uis autem ſcire o homo
inanis, qm̄ fides ſine operibus mortua eſt? Abra-
ham pater noſter, nonne ex opibus iuſtificatus eſt
offerens filium ſuum Iſaac ſup altare? Uides quo
niam fides cooperabatur operibus illius, ⁊ ex opi
bus fides conſummata eſt, Et ſuppleta eſt ſcriptu
ra dicens: Credidit Abraham deo, ⁊ reputatū eſt
illi ad iuſtitiam, ⁊ amicus dei appellatus eſt. Uide
tis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, et non
ex fide tantum. Similiter ⁊ Raab meretrix, nonne
ex opibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, ⁊ alia
via eiſciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mor-
tuum, ita ⁊ fides ſine opibus mortua ē: Hec ibiđ.
Omnem hunc textum placuit recitare, vt diſcant
ignorantes q̄d ſanctus Jacobus, diſcipulus et ne-
pos domini noſtri Jeſu, de fide ⁊ operibꝰ ſentiat.
Qui vero autorem hunc negat, Chriſtianus nō ē,
quia ſcripta ⁊ doctrinas ⁊ autoritates chriſtianita
tis non recipit.

Diſtinctio quinta.

¶ Item adhuc de operibus meritoriis dicit Apo
ſtolus ad Ro. 2. Deus reddet vnicuiqꝫ ſcđm ope-

onis, ſcdm illud ad Ro. 8. Si filij, ⁊ heredes. et ſic eſt meritoriū vite eterne ex condigno. Sic em̄ valor meriti attendit̄ ſcdm virtutē ſpirituſſancti mouentis nos in vitam eternam, ſcdm illud Joha. 4. Fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternā. Et tantū de autoritatibus mercedem continentibus, dicta ſufficiant. Diſtinctio .IIII.

¶ Nunc de opibus meritorijs aliqua ex ſacro eloquio teſtimonia adducam⁹: Occurrit inter cetera illud Deut. 6. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua, ⁊ ex tota fortitudīe tua. Quibus Matt. 22. addit̄, ex tota mente tua. Marci. 12. ⁊ Luc. 10. eadem ponunt̄, ſed loco fortitudinis dicit Marc⁹ ex tota virtute, ⁊ Lucas ex omnib⁹ virib⁹ tuis. Et (vt dicit Jeſus legifer vtriuſq₃ teſtamenti) hoc eſt primū ⁊ maximum mandatum. Scdm aūt ſimile ē huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duob⁹ mandatis tota lex pendet ⁊ pphete. Quicquid ergo precipit̄ de fide ⁊ ſpe aliiſq₃ virtutib⁹, in ſola radice charitatis ſolidat̄. Charitas vero opando implet̄, dn̄o Jeſu atteſtante qui ait: Qui habet mandata mea ⁊ ſeruat ea, ille eſt qui me diligit. Joh. 14. Et ibidē: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et itex: Si quis diligit me, ſermonem meū ſeruabit. Opa ꝑo charitatis merentur vitam eternam. Quia ſubdit dominus: Et pater me⁹ diliget eum, ⁊ ad eum veniem⁹, ⁊ māſionem apud eum faciemus. Item ibidem ſupra hoc, Qui diligit me, diliget̄ a pr̄e meo, et ego diligam eum, ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Hec cognitio ⁊ iſta dilectio eſt vita eterna. Quia cui deus manifeſtatus eſt, ⁊ q̄ a deo diligit̄, vtiq₃ deū videt, ⁊ eū diligit, ⁊ eo inamiſſibiliter fruit̄, q̄ eſt eterna beatitudo, q̄uis eſſentialit̄ ꝯſiſtat in aſpectu claro ipſius diuinitatis. Unde dicit dominus Jeſus Johannis. 17. Hec eſt vita eterna, vt cognoſcāt te ſolum deū verum, et quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Hanc voluit diligētibus ſe dari, vnde ait: Pater,

ra eius: his quidem ſcd̄m patientiam boni operis, gloriam ⁊ honorem ⁊ incorruptiōem querentibꝰ, vitam eternam. Et rurſum: Gloria et honor et pax omni operanti bonum. Et rurſum: Non enim audi tores legis iuſti ſunt apd̄ deum, ſed factores iuſtifi cabūtur. Ideo monet Moyſes populum fidelem dicens: Audi Iſrael, ceremonias atq; iudicia que ego loquor in auribus vr̄is hodie, diſcite ea, ⁊ ope complete, Deute. 5. cap. Et. I. Iohan. 3. dicit: Fi lioli mei, nō diligamus verbo neq; lingua, ſed ope ⁊ veritate. Item ibidem: Qui facit iuſtitiā, iuſtus eſt. Et talis meretur vitā eternam, iuxta illd̄ Pro uerbior. 10 Opus iuſti ad vitam. ſ. eternam. Quia tales placent deo, Actuum. 10. Qui timet deum, ⁊ operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Ideo dabit illis ſcd̄m eorum opera beatitudinem, iuxta illud Apoca. 14. Beati mortui qui in domino moriunt. Amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant a labori bus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos.

Diſtinctio Sexta.

¶ Sicut autem fideles qui ſcd̄m fidem bona ope rantur ex charitate, ita ſunt qui fidem habent, ⁊ ta men male agunt. Unde Ioh. 8. dicit Iudeis dn̄s: Si filij Abrahe eſtis, opera Abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere, hominem qui veri tatem vobis locutus ſum, quam audiui a deo, hoc Abraham non fecit. Et poſt pauca: Vos ex patre diabolo eſtis, ⁊ deſideria patris veſtri vultis face re. Et Apoſtolus ad Gal. 5. narrat opera carnis, que ſunt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxu ria, idoloꝝ ſeruitus, veneficia, inimicitie, contenti ones, emulationes, ire, rixe, diſſenſiones, ſecte, in uidie, homicidia, ebrietates, comeſatiōes. Et ſub ſequitur: Et his ſimilia, que predico vobis, ſicut p̄ dixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non con ſequentur. Ex multis hec pauca ſufficiant. quibus oſtēditur, q̄ fideles (ſi male egerint) peribunt, nec fides ſaluabit eos, etiam ſi tanta fuerit, vt per eam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miracula fecerint. De quibus loquitur dñs Mat-
thei. 7. Non omnis qui dicit mihi domine dñe, in
trabit in regnum celorũ, ſed qui facit voluntatẽ pa
tris mei qui in celis eſt, ipſe intrabit in regnum ce-
lorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine do-
mine, nõne in nomine tuo prophetauimus, ⁊ in no
mine tuo demonia eiecimus, ⁊ in nomine tuo virtu
tes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia
nunq̃ꝫ noui vos. Diſcedite a me omnes qui opera-
mini iniquitatem. De illis dicitur pſal. 27. Da illis
ſcđm opera eorũ, ⁊ ſcđm nequitiam adinuentionũ
ipſorum, ſcđm opera manuum eorũ tribue illis, red
de retributionem eorꝫ ipſis. Et pſal. 61. Semel lo
cutus eſt deus, duo hec audiui, quia poteſtas dei
eſt, ⁊ tibi domine miſericordia, quia tu reddes vni
cuiqꝫ iuxta opera ſua. Et Apoca. 20. Judicati ſunt
mortui ex his que ſcripta erant in libris ſcđm ope-
ra ipſorꝫ. Et iudex Jeſus ait Joha. 5. Et procedẽt
qui bona fecerunt in reſurrectionem vite: qui vero
mala egerũt, in reſurrectionem iudicij. Et duo hec
vltima reſpiciunt bonos ⁊ malos. Bonis vero ſua
dens apoſtolus Petrus, ita monet: Fratres, ſata-
gite vt per bona opera certam vocationem veſtrã
⁊ electionẽ faciatis. 2. Petri. 1. Quaſi diceret: Si
eſtis a bonis operib⁹ otioſi, videtur vocatio ⁊ ele-
ctio vr̃a magis eſſe ſcđm preſentẽ iuſtitiã, q̃ꝫ ſcđm
eternam dei predeſtinationem. Sic etiam apoſto-
lus Jacobus dicit fidem ex operib⁹ oſtendẽdam,
(opera enim oſtendunt fidem) alias non credit̃ qđ
ille ſit fidelis. Qui carnes comedit in quadrageſi-
ma aut ſexta feria, ⁊c. qui non obedit ſuperioribus
⁊ p̃latis, aut ſummo pontifici Chriſti vicario in bo
nis, qui non ſeruat precepta dei et eccleſie, poteſt
quidem dicere ſe Chriſtianũ eſſe ⁊ fidelem, ſed in
veritate non eſt, ſi id habet in corde qđ oſtendit ope
re. Qđ propterea dico, quia poteſt aliquis pecca-
re ex occaſione ⁊ concupiſcentia ⁊ alijs motiuis, q̃
tamen non peccat ex infidelitate, more eorum qui

non credunt ꝙ teneantur obedire preceptis dei vl
eccleſie, quam dicũt (licet inaniter) aliquid eſſe in-
uiſibile, cũ tñ veritas nos mittat ad viſibilẽ eccle-
ſiã, auribus (qb⁹ audiri corporolia verba poſſunt)
vtẽtem Matthei. 18. ita dicens: Si peccauerit in
te frater tuus, vade corripe eum inter te ⁊ ipſum ſo
lum. Si te audierit, lucrat⁹ eris fratrem tuum. Si
autem te non audierit, adhibe tecum vnum vel du
os, vt in ore duoꝝ vel trium teſtium ſtet omne ꝟbũ.
Qđ ſi nõ audierit eos, dic eccľie: (Ecce aures cor
porales eccleſie, qbus audit ꝟba corporalia) Se-
quitur: Si autem eccleſiam non audierit. Ecce cor
poralis lingua qua loquitur eccleſia peccatoribus
vtentibus ſenſibus corporeis. Eccleſia ergo eſt vi
ſibilis ⁊ tractabilis, de quo infra latius. Opera er-
go oſtendunt fidem, ⁊ vocationem ⁊ electionẽ cer-
tificant certitudine ſpei ⁊ vie, nondum patrie. Ea-
propter ſaluator noſter queſiuit populũ ſectatorẽ
bonoꝝ opeꝝ, qui expectaret ſpem ⁊ aduẽtum glo
rie eius ad Tit. ca. 2. Hec de opib⁹ meritorijs di-
cta ſufficiant. Et ex ꝯſequenti de duob⁹ mẽbris de
claranda prout ſupra membra deſcripta ſunt. Per
quoꝝ declarationẽ clarius intelligi poſſunt ea que
añ ipſa membra deſcripta ſunt, et etiã ea que poſt
hec in conſequentibus dicenda ſunt.

## NOX .III.

*At uero ſi quis multorum bonorum ſibi conſcius, & ſi in extremo uitæ ſuæ inde conſoletur ſemetipſum, quaſi deo ex illis placere uolens, atq; propterea regno cœleſti dignus: hic ſi ita mortuus fuerit, uidelicet ſalutẽ ſibi ex proprijs meritis promittens, nulli dubium, ad manus aſſignabitur diaboli.*

## Candela .III.

¶ Quicunqꝫ confidit in operibus ſuis ſine gratia ⁊ extra charitatem factis, ⁊ putat per illa eternam conſequi beatitudinẽ, hic fallit ſemetipſum, ⁊ pere-

ſbunt opera illa, quia ſine deo ſunt facta. Cõſulendum tamen eſt omibus peccatoribus vt bona opera faciant, quia temporalem remuneratione accipient, immo diſponunt hominẽ, vt tandem capax fiat gratie diuine ꝛ eterne ſalutis. Unde Daniel ſanctus monuit Nabuchodonoſor, vt eleemoſynis peccata redimeret, Danielis. 4. Et angelus ſctũs dixit Cornelio cẽturioni pagano, ꝙ orationes ei⁹ et eleemoſyne aſcendiſſent in celum, ꝛc. Actuũ. x. Per illa ergo puenit ad baptiſmi gratiã ꝛ ad eternam felicitatem. Igitur homo malus ꝛ ſine gratia gratum faciẽte, qui facit opera de genere bonoꝝ, in maiori diſpoſitiõe eſt ad gratiam ꝛ ſalutẽ, ꝙ̃ ille malus q̃ nunꝙ̃ bona opera operatus eſt. Sed qui fidutiam ſuam ponit ſuper bona opera ſua, que ſecundum ſententiam eterne veritatis domini noſtri Jeſu Chriſti in deo ſunt facta, Johan. 3. ſ. per gratiam gratum facientem ꝛ in charitate (que fidutia proprie ſpectat ad virtutem ſpei, que innititur diuine gratie ꝛ propriis meritis, vt patet in diffinitione eius ſuperius poſita) hic non deſipit, nec decipit ſeipſum, nec eſt diaboli, ſed dei, ꝛ dei filius adoptiuus. Hanc fidutiam habebat Paulus, quãdo dicebat. 2. Timo. 4. Bonum certamẽ certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo ſupeſt mihi corona iuſtitie, quã reddet mihi domin⁹ in illa die, id eſt mortis, iuſtus iudex. Declaratio autẽ horum patet ex premiſſis.

NOX · IIII ·

*Nam opera bona ſi hominem ſaluarent, prophetis et Iohanni baptiſtæ iam olim patuiſſet regnum cœlorũ. Verum nulla eorum opera tanquam merita introducere eos potuerunt in regnum dei. Vnus* Chriſtus *eſt, quo ſatisfactionem pro noſtris peccatis offerente, reſeratus eſt aditus regni cœlorum. Itaq; quiſquis in fine uitæ ſuæ* Chriſto *confidit, quiſquis amaram illius paſſionem, peccato-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*rum noſtrorũ expiationem credit atq; implorat, Chriſti meritis ſaluabitur: at humana merita nihil tale merẽtur.*

## Candela Quarta.

¶ Prophete, & beatus Johannes Baptiſta, p bona opera ſua in gratia & charitate peracta, meruerunt regnum celorum & eternam felicitatem, quam erãt recepturi ſoluto debito humane nature, qđ nemo ſoluere poterat, niſi ſolus Chriſtus deus et homo. Nec ab vllo puro homine hoc deus unq̃ req̃ſiuit: quia non erat poſſibile per purũ hominẽ hoc fieri. Requirit vero deus ab homine adulto ſaluando, bona opera, ꝓpria, meritoria, per gratiam & in charitate facta, prout latius ſupradictum eſt. Unde nullus homo ſine talibus operibus vnq̃ ſalu9 factus eſt, neq; in veteri lege neq; in noua, neq; ante aduẽtum Chriſti, neq; poſt aduentũ eius. Nec profuit alicui adulto exiſtenti ſine gratia et charitate & operibus bonis meritum, vel paſſio vel ſatiſfactio Chriſti, ſed omnes tales perierunt, et peribũt in eternũ: nec peccata eoꝝ ſunt deleta vel amota per meritum Chriſti, niſi ſolum originale. Celũ autem (quia eſt locus beatoꝝ) per Chriſtum apertum eſt, & merces (eterna. ſ. felicitas) tunc primum reddita eſt, non carẽtibus gratia gratum faciente & operibus bonis, ſed ea poſſidentibus. Bona meritoria opera nõ ſunt ſine gratia, nec in adulto gratia eſt ſine bono opere ſaltem interiore, quo ſe a bono cõmutabili vertit per gratiam ad bonum incõmutabile. Sine operibus formatis gratia gratũ faciente poteſt quis cõfidere Chriſto, et martyrium ſuum ꝓ nobis ſufficiẽtiſſimũ eſtimare & inuocare, ſed fruſtra, nec ſaluabitur talis per meritum Chriſti, aut per opera eius. Dicere vero q; opera homini meritoria (prout ſuperius deſcripta ſunt) ad ſalutem nihil operentur, eſt falſiſſimum & hereticum, et contra omnes veteris et noui teſtamenti libros, omniumq; fidelium doctoꝝ atq; ſanctoꝝ ſententi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

as. Meritū enim Chꝛiſti ⁊ martyꝛium eius, parti
cipamus ⁊ percipimus per gratiā dei ⁊ noſtra pro
pꝛia bona opera viuificata charitate, ſicut cōpla-
cuit deo vt fieret, qui dedit creaturis non ſolum eſ-
ſe, ſed etiā ſcire, poſſe, ⁊ operari. Lapis ſcit ꝙ de-
bet deſcendere per inclinationē naturalem, que in
eſt ei loco ſcientie, et poteſt deſcendere, et quando
non impeditur, actu deſcendit. Hec eſt manifeſta-
tio diuine bonitatis in lapide, cui pꝛedicta ⁊ multa
alia donauit. Poteſt deus per ſeipſum omnia, im-
mo q̇s eſt qui oīa in omnibus operatur niſi ipſe:
tamen vult manifeſtari vires quas tribuit creatu-
ris. Poſſet ſi vellet, ſine medio nobis dare vinū et
panes ⁊c. ſed vult ꝙ vinitoꝛes et agricole, et agros
colant ⁊ vites, ⁊ arboꝛes ⁊ fruges floꝛeant: imbꝛē,
pluuiā, fimum, ⁊c. recipiant, et alia multa fiant an-
teꝗ̃ vinū, poma, ⁊ panes ad menſam veniant. Sic
ē etiā in ſpūalib⁹. Eſt dei maxima glīa, ꝙ angelis
⁊ hoībus arbitriū liberꝫ flexibile tribuit, ⁊ vim me-
rendi ad vitam eternam, qđ arbitrium poſtea con-
firmabit in bono, a quo nunꝗ̃ poterit flecti, eo ta-
men manente libero etiam felice ac deo conſimili:
qꝛ poſſe ad malū flecti vel eligere malū, eſt eſſe mi
ſerꝫ. q̄ miſeria tollet̄ ĩ felicitate recepta p⁹ merita.

NOX .V.

*Hoc ſolum debet omnis Chriſtianus, uidelicet deum laudare, & ex charitate, qua deus diligēdus eſt propter eius beneplacitū, quæ præcepit obſeruare, quæ prohibuit abſtinere, & hoc neq; ſpe præmij cœleſtis, neq; gehennæ metu, ſed ſolo puroq; eius amore, à quo habemus oīa, qui ultro ac omni tempore magis delictis noſtris ignoſcere, q̄ nos ueniam petere paratus eſt. Adde q, cōtumelia deo nō poteſt fieri maior, q̄ eius miſericordiæ (quam gratis offert) nos peccatores diffidimus.*

Candela Quinta.

¶ Homo tenet͂ laudare ꝛ benedicere creatorē ſuū, ꝛ mandata eius volūtarie ꝛ amoroſe implere, immo quecunqꝫ fuerint deo placita ꝛ grata, ex iure naturali ꝛ dictamine recte rationis. Non tamen debet premium vel mercedem ( quam deus intendit dare eum colentibꝰ ꝛ diligentibus eiqꝫ obedientibus )excludere, ꝛ diuinam liberalitatem impedire, qua vult pro paruis magna recompenſare, vt agnoſcatur liberalitas et bonitas eius. Hoc enim eſſet diuine ordinationi reſiſtere, ꝛ damnationē acq̄rere Rom. 13. Quomodo vero noſtra opa meritoria efficiunt͂, ſupra iam late dictum eſt. Fit em̄ hoc per gratiam gratū facientē. Qua adepta, poteſt homo iam illuminatus in veritate fidei, iā bonus effectus in amando bonum incōmutabile, iam rectificatus in intentione ( qua ſolum deum creatorem ſuum querit )deum laudare, eius mādata ꝛ beneplacita implere, vt deo gratior fiat, quia ſpiritus ſanctus ad hoc eum mouet, qui non fruſtrabitur intentu ſuo. Querere autem augmentum gratie, eſt deo gratiſſimū, quia hoc eſt deum puriſſime querere, cui ſine gratia placere non poſſumus. Sicut vero deſiderare debuit, ꝛ promereri potuit q̄s augmentum gratie, ita deſiderare debet ꝛ mereri perfectionem gratie. i. gloriam ſempiternam, ad quā adipiſcendam mouetur a ſpiritu ſancto per gratiā. Optare enim debemus deum clare videre, que eſt merces fidei, deum perfecte ſine interruptione et impedimento diligere, que eſt merces amoris, deum inamiſſibiliter tenere, que eſt merces ſpei, ꝛ in deo iam viſo, iam plene ꝛ puriſſime amato, iam adepto frui, ꝛ pleniſſime ac iucundiſſime cum ipſo et in ipſo ꝛ de ipſo gaudere, q̄ꝺ totum eſt eterna beatitudo. Et ne hac beatitudine priuemur, poſſumus ꝛ debemus deſiderare ꝛ cauere ne deum offendamus, ꝛ ne ſimus in eterna diuina offenſa, ne cū hoſtibus eius malis ſpiritibus deputemur, ne digne eternis ſuppliciis ſubiiciamur, q̄ꝺ totum eſt infer-

Infernꝰ

nus. Quem deuitare Chriſtus docuit, dicens: Eũ
timete, qui poteſt ⁊ animam ⁊ corpus ꝑdere in ge
hennam, Matth. 10. ſimile habetur Luc. 12. Ta-
li igitur intentione ⁊ forma implere dei mandata,
ſcilicet vt infernum preſcriptum euadat quis, ⁊ p̄-
ſcriptam beatitudinem vel celorũ regnum acq̄rat,
non eſt male actum; ſed optime: immo debent tali
intentione noſtra bona opera fieri. Quia tunc im-
plemus charitatem, qua deus ſuper omnia diligit,
queritur, ⁊ deſideratur: ⁊ impedimenta charitatis
precauemus ⁊ euadimus. Nos ipſos quoqꝫ ꝯgruo
ordine diligimus, quia propter deum ⁊ ſcd̄m deũ
⁊c. Si quis vero diuina mandata operaretur pro-
pter regnum celoꝝ tanq̄ mercedem, non conſide-
rando quid ſit illa merces. ſ. deus, prout iam exp̄ſ-
ſum eſt, ſed ſolum deſideraret et quereret mercedē
ſiue temporalem ſiue eternalem, ille mercenarius
cenſendus eſt, non filius. Quod ſi euadere ſtudue-
rit (per bona opera ⁊ impletionem diuinoꝝ prece-
ptoꝝ) penam ſiue tēporalem ſiue eternalem, et nō
ea intentione ſicut ſupra expreſſum eſt, ille non fili
us, ſed ſeruꝰ eſt. Poteſt nihilominus filius dei ad-
optiuus in gratia exiſtēs, naturaliter premiũ aſpi-
cere ⁊ optare, ⁊ penam tanq̄ malum nature formi
dare, nec talia gratiā tollunt. Nam ⁊ licitiſſime im
mo prudentiſſime oportet interdum torpentē ani-
mum ſpe premioꝝ excitare, ⁊ rebellem per terrorē
penarũ domare, ⁊ a malis operibus refrenare. In
hoc tamen filius nō debet manere, ſed finaliter ad
deum hec prima intētione dirigere, vt ſcilicet per
hec efficacius moueatur in deum. ⁊ tunc efficiētur
talia etiam meritoria. Hinc eſt qđ ſancti doctores
ponunt tres timores: Unum filialem, qui ſolum de
um reueretur ⁊ timet: Alium initialem, q̄ deum ti-
met caſte, ⁊ penam ex latere: Tertium ſeruilem, q̄
ſolum penam timet, ⁊ nō deũ niſi vt iudicē. Timor
nihilominus iſte ſeruilis donũ dei eſt, ⁊ paulatim
ad initialem perducit. Qđ ſũt dicitur deus para-

tior ad dandum ꝙ nos ſumus ad poſcendum, veriſ
ſimum eſt, tamen certa lege dat, quādo, quomodo,
vbi ⁊c. Requirit noſtram induſtriā ⁊ noſtram diſpo-
ſitionem, quam etiam in nobis operat̄ per gratiam
preuenientē. Non eſt imprudens deus. Precioſiſ-
ſima ſua munera nō infundet in vas ea ꝯtinere nō
valens, ſicut nemo ſenſatus vinū aut quelibet pre-
tioſum liquorē mittit in ſportam, aut pecuniā in ſac
cum pertuſum. Euangelicus pater filium prodigū
reſpexit, ⁊ miſericordia motus eſt ſuper eum, et re-
ſtituit ei bona: ſed reuertenti, ſed ſe recognoſcenti,
ſed penitenti, ſed ſe humilianti, ſed in itinere reuer
ſionis laboranti, ſed ſuam culpam coram patre cō-
fitenti ⁊c. deus occurrit nobis cum donis ⁊ grati-
is ſuis, nos vero occurrimus deo (preuenienti gra
tia ſua) cum internis opibus bonis, ſcilicet ꝑ auer
ſionem a cōmutabili bono, ⁊ ꝯuerſionem ad bonū
incōmutabile, per deteſtationem omnis mali ꝑ pe
nitentiā, quoad oīes partes eius. ſ. ꝯtritionem ve
ram, ⁊ confeſſionē puram, ⁊ ſatiſfactionem ſaltē in
ꝓpoſito, ⁊ ꝑ animi virtutes quibꝰ exornat̄ anima.
item cum exterioribus bonis operibus. Quicūꝗ
talis crediderit miſericordiā dei eſſe magnam, ⁊ ꝯ
fiſus innixus fuerit ſuper eā, hic deū honorat: q̄ ali
ter ſenſerit de miſericordia dei ꝙ iam dictū eſt, ille
male credit ⁊ errat, male p̄ſumit, ⁊ deū inhonorat.
Quia ſicut miſericordie dei cōfidere tenemur, ita
etiam iuſtitiam eiꝰ vereri, et ordinem quem rebus
inſtituit approbare, et nos eidem conformare de-
bemus. Malachi. I. dr: Si pater ego ſum, vbi eſt
honor meus? ⁊ ſi dn̄s ego ſum, vbi eſt timor meꝰ?
dicit dominus exercituū. Ordinē ⁊ legem impoſu-
it rebus inanimatis, vt dr pſal. 148. Preceptū po
ſuit, ⁊ non preteribit, (quoad celeſtia, de terreſtri-
bus ſeq̄t, que faciūt ꝟbū eius. i. p̄ceptū) q̄nto ma-
gis ordinē inſtituit hoībus de q̄bus cura eſt deo?
.I. Corint. 9. Si non ſunt merita in angelis ⁊ homi
nibus, cum nō ſit perſonarū acceptio apud deum,

Actuū.10. Nulla erit differentia inter beatos,ſed
erunt omēs equales, et tolletur decor celi,cū ordo
ſit decor vniuerſi, ⁊ poterunt iumenta eſſe in celo,
iuxta illud pſalmi.35.peruerſe intellectum, Homi
nes ⁊ iumēta ſaluabis domine,quemadmodū mul-
tiplicaſti miſericordiā tuam deus. Abſint hec. Or
do pulcherrim⁹ ſcđm diuerſitatem multorū erit in
ſanctis dei,de quo loqtur apoſtol⁹ Paulus.1.Co
rint.15.Alia claritas ſolis,alia claritas lune, ⁊ alia
claritas ſtellarꝝ. Stella enim a ſtella differt,in clari
tate,ſic ⁊ reſurrectio mortuorꝝ.

NOX .VI.

*Verum quia libros doctoris Lutheri (tametſi bona
ſcribat) charitas ueſtra floccipendit, mitto uobis libellū
paruum quidem, ſed conſolatoriū tamen, quem ſano quæ
ſo intellectu ſæpiusq; perlegatis, & omnem ſpem ueſtrā
atq; fidutiam collocetis in CHRISTI ſatisfactionem
ac miſericordiam.*

Candela Sexta.

¶ Ex quo libri Lutheri hereſibus, maledictis, et
blaſphemijs pleni ſunt (etſi interdum verꝝ aliqd ꝯ-
tineant, qđ tamen verꝝ de puriſſimis fontibus ſan-
ctorꝝ doctorꝝ haurire poſſumus) non licet libros il-
los legere, cū ſint interdicti a vicario Chri, cui ob
edire oīs Chriſtianus tenet. Proīde hec prohibi-
tio emanauit, quia mors anime legētibus imminet
propter perfidiam, quam abundantiſſime in eis ef
fudit. Qēm cibū intactū conuiue relinquerent, cui
venenum immixtū diceret, ne morerentur in corpo-
re, q̄tomagis vitare deberent ꝯuiue dei, cibū ani-
me intoxicatum: ne moriantur in anima, qualis eſt
omīs doctrina hereſi reſperſa, et libri Lutheri. O
quot ſunt mortui in anima, qui preceptum contem
pſerunt, ⁊ vetitum cibum anime comederūt. Qui
vero talem cibum diſcernere norunt, ⁊ vt ceteros ⁊
ſeipſos cuſtodiant Lutheri libros legunt, non ceſ

ſentur legere prohibiti, quia faciunt qđ Chriſti vi carius intēdit. De libello qui dicitur mihi miſſus, nihil mihi conſtat, nec recepi eū, ideo non poſſum eum dijudicare. Sequitur ſexta hac ī nocte de ſpe ⁊ fiducia collocāda ſuper Chriſti ſatiſfactionē ⁊ miſericordiā. Sane ita faciendū eſt: ita tamen, qđ nō negligamus etiam nos ſatiſfacere leſo deo vel homini, ⁊ operemur que iuſſa ſunt nobis, quia deꝰ dabit vnicuiqꝫ iuxta opera ſua pſalm. 61. et non ſcđm opera vel ſatiſfactionem Chriſti, per cuius tamen miſericordiam nr̄a ſunt opera meritoria, ſed etiam nos ipſi miſericordie opa impleamus, vt nobis miſericordia fiat, iuxta illud Matth. 5. Beati miſericordes, quoniā ipſi miſericordiā ꝯſequētur. Quia deficientibus his operibus, Jeſus pro nobis crucifixus, ⁊ miſericordiſſimus ⁊ iudex iuſtiſſimus dicturus eſt: Diſcedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius, Matth. 25. Fruſtra innititur ſatiſfactioni ⁊ miſericordie Chriſti, quiſquis ſine gratia ⁊ ſine charitate fuerit ac ſine bonis opibus, quia Chriſtꝰ reijciet talem, nec ſuam ſatiſfactionem nec opera nec miſericordiam cōmunicabit eidē, ſaluis his q̄ ſupra dicta ſunt.

## NOX .VII.

*Nam ſi Iudas uel ſuſpenſus, pro uenia peccatorum, & pro gratia deum oraſſet, abſq; alia quauis ſatisfactione impetraſſet. Deus bonorum noſtrorum non eget. Nobis uero ipſius merita & fuerunt & ſunt ſemper neceſſaria. Ipſe nemini (quamlibet peccator ſit) ueniam petenti negat. Siquidē omnes noſtræ infirmitates illi perſpicuæ ſunt, quippe cui ab æterno clarius quàm nobis cognitæ ſunt omnia. Væ illi qui eius gratiæ diffidit: & cōtrà, felix ille peccator, qui propitiationem flagitās, prorſus nihil de miſericordia diuina deſperat. Reliquum eſt quod oro, charitas ueſtra hec ſcripta boni conſulat. Equidem*

*charitati ueſtræ morem gerere preſto ſum, ſicubi uolun-
tatem eius didicero. Datum & ſcriptum propria manu
anno milleſimo quingenteſimo.*

Credo hic errorem commiſſum circa datum, quia ſcripta hec recepi anno milleſimoquingēteſimoviceſimoquarto in Auguſto. De Luthero etiam anno milleſimoquingenteſimo nil ſciebatur.

*Autor candelæ hæc ſeptimæ nocti adiecit.*

## Candela Septima.

¶ Si Judas accepto motu gratie (quā nemini deus denegat, niſi demeruerit) veniam petiſſet, vtiq; accepiſſet, ſaluis tamē his, que late ſuperius dicta ſunt. Et illa petitio fuiſſet vtiq; opus et meritū Jude, moti ꝛ adiuti per gratiam, immo ꝛ preuēti, quia prima gratia non cadit ſub merito. Sed quia Judas nō petiuit, idcirco infinita miſericordia eū non iuuit, nec ſaluauit. Impertinēter habetur hic mentio de ſatiſfactione, niſi putet eccleſiam tenere, ꝙ gratia prima per ſatiſfactionem acquiritur, ꝛ hoc nitat̄ improbare. Sed maior manet queſtio, quare miſericors Jeſus qui latronem ad petendū mouit per gratiam, Judam diſcipulū ſuum ꝛ ꝓcuratorem reliquit ꝛ non mouit. Johann. 6. dixit Jeſus: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum. Vana eſt oīs petitio et oīs conatus. Vltra meritum noſtrum eſt gratia dei et vltra vires noſtras, nemo venit niſi tractus. Quare aūt hunc trahat ꝛ illum non trahat, dicit ſanctus Auguſtinus: Noli velle iudicare, ſi non vis errare. Conatus tamen noſter aliquid operatur, qui tamen non fit ſine deo) vt per eū diſponamur vt trahamur. Unde dicit idem ſanctus Auguſtinus: Nōdum traheris, ora vt traharis. In ſeipſo expertus fuerat hunc tractū, ꝛ ꝗ̄diu diſtulerat dn̄s perfectū tractum. Sequit̄ in euangelio: Omnis qui audiuit a patre (ecce qui trahit̄, imbuitur) et didicit, venit ad me. Quā multi audiunt, ſed non diſcunt. Augu-

Judas penituit d culpa facti Sed desperauit d gratia [illegible] diuine Sic et Cain fecit

ſtinus tarde didicit, de quo poſtea conqueſtus eſt.
Trahere ⁊ docere a patre eſt, ex nobis diſcere. Ui
de igitur in Juda ſicut in alijs innumerabilibus ſe
ueritatem miſericordiſſimi dei. Recēs calidus ſan
guis Chriſti nō ſaluauit diſcipulū, qui tñ ſaluauit la
tronem. Ecce quanta ſeueritas circa eum qui ꝯfite-
batur, dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtū, et
quāta benignitas ad dicentem in extremo ſpū, Me
mento mei. ¶ Deus bonoꝝ noſtroꝝ non eget, ſi ta-
men debebat opus magne mīe circa latronem ex-
ercere, oportebat eſſe latronē cui miſereret. Si de-
bet deus declarare iuſtitiam ſuam in gloriam ſuam,
debet neceſſe eſt vnicuiqꝫ dare per iuſtā ſententiam
ſcd̄m merita ſua. Sic ergo indiget creaturis pro ma
nifeſtatione glorie ſue, ſed a creaturis nihil recipit,
ſed ipſe dat oīb̄us affluenter Jacob. I. Nemo de-
bet gratie dei diffidere, nec miſericordiā eius deſpe
rare, tamē ſcd̄m monita beati apoſtoli Philippenſ.
.2. cum metu ⁊ tremore debemus nr̄am ſalutem ope
rari, non dicit ꝯfidere ⁊ ſperare, ſed operari, ⁊ in illo
eſt meritum noſtrū. Dicitur eīm pſal. 65. Uenite ⁊ vi
dete opa dei terribilis in ꝯciliis ſuper filios hoīm.
¶ Candela adhuc ardens ⁊ lucēs, alia q̄dam ſeptē
noctibus exploſis haud abſimilia, illuſtrando con-
futat. Idcirco ſequētes diſtinctiones illuſtrata ſunt
vocata. Illuſtratum Primum.
¶ Nunc libet ad alia quedam deſcendere, ad vidē-
dum per candelam noſtram quedam, q̄ ſeptem cum
exploſis noctibus tenebris ſunt inuoluta. Miran
da cecitas. Dicunt heretici qđ Judas ⁊ ceteri peſſi
mi peccatores, etiam qui in tota vita ſua nil boni fe-
cerunt, ⁊ obſtinati in malo vſqꝫ ad finem vite extite-
runt, permodica oratione ⁊ breuiſſimo opere. ſ. pe-
tendo veniam, poſſe ſibiipſis dei reconciliationem
impetrare: ⁊ nolunt fateri qđ beata dei genitrix, vel
oēs ſancti iam regnantes cum Chriſto, hoc poſſunt
efficere, quaſi Judas vel ſui ſiſes plus poſſent apđ
deum, q̄ꝫ oēs ſancti, cum tñ pretactoꝝ primū aperte



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in ſcripturis nõ habeatur niſi de latrone: Scđm vero. ſ. quod merita ſanctorum ⁊ orationes ſuffragant̃ viuis, in ſcripturis ſanctis manifeſte contineatur, ſicut eſt illud Apocal. 8. vbi dicitur de angelo vt daret de orationibus ſanctorũ omnium ſuper altare aureũ, ⁊c. Et in Job cap. 5. dicitur: Ad aliquem ſanctorum conuertere. Et cap. 33. Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de milibus, vt annũtient hominis equitatem, miſerebitur eius ⁊c. Unde beatus Gregorius in homilia ait: Neceſſe ē fratres chariſſimi, vt in omne quod agimus, om̃ipotentis ſuper nos domini conſilia occulta timeamus: ne dum mens noſtra exterius fuſa, a ſua ſe voluntate non reuocat, intus cõtra eam iudex terribiliter aduerſa diſponat. Qđ bene Pſalmiſta intuens, ait: Venite ⁊ videte opera domini ꝙ terribilis eſt in ꝯſiliis ſuper filios hoĩm. Uidit nanq; qđ alius miſericorditer vocatur, ali⁹ iuſticia exigẽte repellitur. Et quia alia parcẽdo, alia iraſcendo dominus diſponit, expauit qđ penetrare nõ potuit: et quod non ſolum inueſtigabilem, ſed etiam in quibuſdam ſuis ſententiis inflexibilem vidit, terribilem in ꝯſiliis eſſe memorauit. Cum metu igit̃ et tremore noſtram ſalutem operari debemus. Nõnulli em̃ (vt idẽ ſanctus in alia homilia ait) bona nec inchoant, nõnulli vero in bonis que inceperunt, minime perſiſtunt. Alter pene totam vitã ducere in prauitate ꝯſpicitur, ſed iuxta finem vite a prauitate ſua per diſtricte penitẽtie lamenta reuocatur. Alter electam videtur vitam ducere, tñ hunc ꝯtingit ad erroris nequitiam iuxta finem vite declinare. Alius bonum bene inchoat, melius ꝯſummat. Alius ĩ malis actibus a primeua etate ſe deiicit, ⁊ in eiſdem operibus ſemper ſeipſo deterior cõſummatur. Tanto ergo ſibi vnuſquiſq; ſolicite metuat, quãto ignorat qđ reſtat: Hec ſanctus Gregorius. Et. 2. Machab. 15. dicitur: Hic eſt qui multum orat pro populo et vniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias propheta domini. Item Hieremie. 15. innuitur, ꝙ ſi ſancti orarẽt pro

populo, nollet tñ eos audire dñs propter nimiã of-
fenſam. Ait eñ: Si ſteterint Moyſes ⁊ Samuel co
ram me, non eſt aĩa mea apud pplm iſtũ. Sup q̃ ſic
ait ſ. Greg. quaſi diceret: nec illos modo ꝑ amicꝭ au
dio, q̃s magne virtutꝭ merito orare etiã pro inimicꝭ
ſcio. Manifeſte innuit ibidẽ propheta Hieremias,
ꝙ ſancti orãt pro pplo. Et in euange. Luce. xvj. di-
ues epulo orauit vt Lazarus ad eum mitteret, ⁊ re
frigeraret modica aque gutta linguã eius. Utiq; nõ
modiciſſimam aque guttam petiuit, q̃ aqua ibidẽ
non habetur, nec etiam ipſe linguam habebat, que
refrigerari poſſet: quam etiam ſi habuiſſet nihil illa
aqua in talibus flammis iuuiſſet, ſed vel minimũ ſuf
fragium Lazari expoſtulauit, quo ſua pena mitiga
retur per linguam contracta. Fratꝭ Chriſtus eter-
na ſapientia hanc parabolam texuiſſet, ſi merita vel
orationes ſanctorꝫ viuos ⁊ defunctos iuuare nõ poſ
ſent. Qđ aũt diues non impetrauit qđ petijt, innuit
ꝙ damnatꝭ (qualis ipſe erat) nulla ſuffragia merito-
rum ſubuenire pñt. Et per hec voluit amator homi-
num Jeſus ſuos diſcipulos ⁊ oẽs fideles iſtruere de
his. Accedit ad hec autoritas ſancte mr̃is eccleſie
vniuerſalis cum omnibus fidelibus filiis ſuis: Quo
rum quidam fuerunt nobiliſſimi, nec numero breui
qui a deo docti extiterunt, intellectu clariſſimi, me-
moria fecundiſſimi, voluntate optimi, affectu puriſ
ſimi, vita integerrimi, miraculis glorioſiſſimi, deo
gratiſſimi, doctrina in ꝟbo ⁊ ſcriptis vtiliſſimi. Ex
his nobiliſſimis in ſpiritu ⁊ ceteris fidelibus, corpꝰ
Chriſti myſticum compoſitum, cum iuxta ſententiã
Apoſtoli ad Ephe. 4. ſimus inuicem membra, reci
pit a capite ſuo Chriſto ſpiritum eius, de quo Apo
ſtolus Rom. 8. Qui ſpiritum Chriſti nõ habet, hic
non eſt eius qui viuificat totũ corpus, et docet vti-
lia, iuxta dictum Iſaie prophete capite. 48. ⁊ inſu
per docet om̃em veritatẽ iuxta doctrinam dñi Jeſu
Johan. 6. Hec inq̃ eccleſia viuens de ſpiritu Chri
ſti, que in terris degens dicitur militans, docet ꝙ ec-

cleſia in celo triumphans, ꝛ de eodem Chriſti ſpiri-
tu viuens, orat pro membris Chriſti adhuc militan-
tibus viuis, nec minus pro purgandis defunctis, et
ſua merita ꝯmunicat eiſdem, cum ſint inuicem mem-
bra ſub vno capite Chriſto iam triumphante. Qui
vero huiꝰ eccleſie autoritatem negat, q̃ eccleſia eſt
columna ꝛ firmamentū veritatis. I. Timo. 3. cuiꝰ ca-
put eſt Chriſtus Ephe. I. ꝛ. 4. ꝛ Colo. I. Chriſtum
negat, ꝛ Chriſtianus non eſt, quippe impius ꝛ infi-
delis. Huius eccleſie in terris caput (ſicut vicarius
Caput Chriſti) fuit ſanctus Petrus apoſtolus, et perſeue-
rant om̄es ſequaces eius legitime electi in locū eiꝰ,
ita mēbra eius ſunt omnes fideles catholice ꝛ apo-
mēbra ſtolice fidei. Que quia cōuenire non poſſunt vno in
loco pre multitudine, nec regē, habent caput qđ cer-
tos aliquos aſſumit qui ſecū regant, ſicut in omni cō-
munitate fit. Neqꝫ em̄ eſt domus trium hominum,
vbi non ſit caput: nec villa vbi non ſit prefectus, vel
ciuitas vbi nō ſit iudex, aut regnū vbi nō ſit rex. De
maiores talibus dicitur. I. Petri. 2. Subiecti eſtote omni hu-
mane creature propter deum, ſiue regi quaſi precel-
lenti, ſiue ducibus tanq̄ ab eo miſſis. Qđ ſi regnū
ſum mundum p̄dicare (Mar. vlt.) vt ſederent in ciui
tate donec virtute induerentur ex alto. Lu. vltimo.
Erant ḡ ſpū ſancto pleni, ꝛ ab eo imbuti, qui mitte-
bantur. Vñ actuū. 13. d̾r de Paulo ꝛ Barnaba: Jlli
quidē miſſi a ſpū ſancto ꝛc. q̄ ſcꝫ pleni erant. Ordina
uerat h̄ ſpūs ſctūs rector potens ꝛ ſapiens in p̄nci-
pio eccl̄ie naſcētis, vt probatiſſimi viri docti a dño,
eccl̄iam edificarent in fide ꝛ in oībus virtutibus ac
neceſſariis ad ſalutem fideliū, vt ab eis ſana doctri
na ad poſteros in finem ſcl'oꝝ emanaret. Jdeo dicit
apoſtolus. 1. Corin. 12. Quoſdam poſuit deus in ec
cleſia, p̄mū apl'os, ſcd̾o ꝓphetas, tertio doctores.
deinde virtutes, exinde gratias, curationū opitula-
tiones, gn̄a linguaꝝ, interp̄tationes ſermonū. Hoꝝ
dei electoꝝ doctrina eccl̄ia inſtructa eſt, ꝛ docta ꝑ-
manebit vſqꝫ in finē, nec porte inferi. i. hereticorum
(vt ait Hieronymus interp̄tando) ꝑualebunt aduer

ſus eam. Om̄is conatus hereticoꝝ ſemꝑ per eā ad
nihilum redactus eſt, ꝛ ꝯtritus valide. Ab initio eñ
naſcentꝫ eccl'ie quidam errauerunt a fide, ꝓpter pre
ſumptionem ꝛ ſuꝑbiam, renitentes doctrinis ſctōꝝ
ap'loꝝ, vt apte teſtat' ap'ſus de Alexandro erario. 2.
Timo. vlti. dicens: Valde eñ reſtitit ꝟbis noſtris.
Et in. 3. canonica ſua btūs Johan. dicit: Deotrepes
non recipit nos, garriens ꝟbis malignis in nos. Et
tales futuros ꝑdixit btūs Paulus in actibꝰ ap'loꝝ
cap. 20. Attendite, inquit, vobis et vniuerſo gregi,
in q̊ vos ſpūs ſctūs poſuit epiſcopos regē eccl'iam
dei, quam acq̇ſiuit ſanguie ſuo. Hoc eſt qđ ſupra iā
tetigi de ꝑfectis eccl'ie: Sequit', Ego ſcio qm̄ intra-
bunt poſt diſceſſionem meā lupi rapaces in vos, nō
parcentes gregi, ꝛ ex vobiſipſis exurgent viri loq̄n
tes ꝑuerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. hec ibiđ.
Idem. 1. Tim. 4. ait: Spūs manifeſte dicit: Quia
in nouiſſimis t̄pibus diſcedēt q̇dam a fide, attendē-
tes ſpiritibꝰ erroris, ꝛ doctrinis demōioꝝ ꝛc. Sicut
ꝑdictū eſt, ita impletum eſt, qꝛ hereticos qui ap'loꝝ
erāt t̄pe, alij heretici ſubſecuti ſūt, ꝛ vſqꝫ ad iſta Lu-
teranoꝝ t̄pa, noui ſp̄ ſucceſſerunt. Veꝝ vti ꝑores et
ſubſecuti ab eccl'ia ſp̄ ꝯuicti ſunt ꝛ ꝯtuſi, ita p̄ntes ꝯ
tundent' ꝛ ꝯfundent', cū venerit t̄ps ipſoꝝ: Qꝛ veri
tas ꝓmiſit eccl'ie ſue, ſui p̄ſentiam oibus diebus vſ-
qꝫ ad ꝯſummationem ſcl'i. Matt. vlt. Et ipſe Jeſus
ſibi ꝯ̄rios interficit ſpū oris ſui. vt đr. 2. ad Theſſal.
2. ſub noie antichriſti. Oēs eñ Chriſto cōtrarij, an-
tichriſti ſunt, qui etiam ap'loꝝ t̄pe fuerūt, vt indicat
beatus Johann. canonica ſua prima cap. 2. dicens:
Audiſtꝫ qꝛ antichriſtus venit, nunc antichriſti multi
fcti ſunt, ex nobis ꝓdierūt, ſed ex nobis non erāt. nā
ſi fuiſſent ex nobis, ꝑmanſiſſent vtiqꝫ nobiſcū. Ma
nifeſtum eſt ꝙ de hereticꝭ loq̇tur, qui ꝑuenient veꝝ
antichriſtum in ſpū maligno, ſicut Johānes bapti-
ſta p̄ceſſit Chriſtum in ſpū Elie. i. ſpū ſancto. Hoc
manifeſtius indicat idem cap. 4. vbi ſic dicit de he
retico: Ois ſpūs qui ſoluit Jeſum, ex deo non eſt, et

hic eſt antichr̄s, de q̄ audiſtis qm̄ venit, ⁊ nunc iam
in mundo eſt. Hunc antichr̄m ſibi ⁊ eccl̄ie ſue ꝯtra-
rium, ip̄e ſemꝑ p̄ſens interficit ſpū oris ſui, ſuꝑbene
dictus Jeſus deus verus ⁊ homo. Permittit tn̄ he-
reticos antichr̄os creſcē ꝓpter bonū fideliū ſaluan
doꝝ, vt patet Mat. 13. in parabola ibid̄ deſcripta,
Sil̄e eſt regnum celoꝝ.i. ſtatus eccl̄e militantꝫ, hoī
q̄ ſeminauerit bonū ſemē in agro. Homo eſt Jeſus,
bonum ſemen eſt ſana doctrina, ager eſt mundus vl̄
eccl̄ia. Cū aūt dormirēt hoīes.i. cuſtodes eccl̄e dor
mientes, ſiue ꝑ mortē vt apl̄i, ſiue ꝑ negligētiam vt
p̄lati eccl̄e tam tp̄ales q̄ȝ ſpūales, venit inimic⁹ ei⁹
.ſ. Chr̄i, h̄ eſt diabol⁹, ⁊ ſuꝑſeminauit zizania.i. fal-
ſam doctrinā in medio tritici. Cum aūt creuiſſet her
ba.ſ.tritici.i. v̄a fides, ⁊ fructū feciſſet meritorie vi-
te, tunc apparuerunt ⁊ zizania.i. hereſes ⁊ falſa do-
ctrina. Accedētes aūt ſerui p̄rifamilias.ſ. angeli ex
ecutores diuine iuſtitie, vl̄ p̄lati eccl̄e, dixerunt ei.ſ.
p̄rifamilias: Dn̄e, nōne bonū ſemē ſeminaſti i agro
tuo? Vn̄ ḡ habꝫ zizania? Et ait illis: Inimicus hō h̄
fecit. Serui aūt dixerunt ei: Vis imus ⁊ colligimus
ea? Qꝛ volente deo ſubito heretici intirent. Sed cō
tigit freq̄nter q̄ heretici ꝯuertūt ad vnitatē eccl̄ie,
⁊ triticū ⁊ fideles efficiunt. Idcirco ait: Non, ne for
te colligentes zizania, eradicetꝫ ſimul cū eis et triti
cum. Qꝛ feſtinantius hereticos intimendo q̄ȝ opor-
tet, etiā aliqn̄ ꝯuertendi in hereſi dep̄henſi intirent.
Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem, interim ꝯmu
tabunt ꝯmutandi. Sic ex tribu Beniamin Paulus
lupus cōmutatus eſt in agnū, ⁊ ex ſemine Chanaan
Mundophor⁹ in Chr̄ophoꝝ. Et in tp̄e meſſis dī-
cam meſſorib⁹: Colligite p̄mum zizania (qn̄ iā non
poterant in alia ꝯmutari) ⁊ alligate ea in faſciculos
ad ꝯburendum.ſ. igne eterno, triticū autē ꝯgregate
in horreū meum.i. in req̄em eternam. Ecce habetur
hic q̄re ſinunt heretici creſcere, et Mat. 18. dr̄: Ne-
ceſſe eſt vt veniant ſcandala. Hec ſunt ſcandala he-
reticoꝝ, licet ſint etiam alioꝝ. Idcirco dicit Apl̄us

I. Cor. xi. oportet ⁊ hereſes eſſe, vt ⁊ qui ꝓbati ſunt,
manifeſti fiant in vobis. Sicut antiquitꝰ, ita ⁊ nunc
apparet qui ſint vere Chriani. Quanti putabātur
Chriani, qui nunc ſui erroris occaſione accepta, ꝓ-
diderunt ſe fuiſſe hereticos, tam in ꝑncipibus ꝙ̄ in
nobilibus, tam in religioſis ꝙ̄ in cleris, tam in curia
libꝰ ꝙ̄ in plebeis. Nunc manifeſte videt̄ in fluctibꝰ
huius mortalitatꝫ, tanto tp̄e ſagena ſancte eccl̄e q̄d
trahebat. Heretici ḡ ꝑmittūtur creſcere, et oportet
eos eſſe et eoꝝ ſcādala, vt fideles exerceant̄ in fide,
et intellectū ſcripturaꝝ diligēti indagine requirant.
Per ſtudiū lectionis, ⁊ feruorē deuote orōnis ⁊ ſal-
uandi eligant̄, erudiant̄, ꝓbent̄, ⁊ dealbent̄ ⁊ ꝑficiā-
tur: heretici vero vt a Chro et eccl̄ia deuincant̄, con
fundantur, ⁊ pereant. Illuſtratum .9.
¶ Vt aūt heretica prauitas euitet̄, ⁊ vt idipm̄. i. ſan
ctum ⁊ verꝝ apl̄oꝝ ac doctoꝝ noue legis dogma diſ-
camus om̄es, ⁊ nō ſint in nobis fidelibus ſchiſmata
ſicut hortat̄ Apl̄s. I. Cor. I. debemus doctrinas no
ſtras humilit̄ ſubmittere examini illoꝝ qui p̄ſunt ec
cleſie dei, vt ex vno ore p̄dicatores dei loq̄nt̄, ⁊ non
ſcandalizent auditores ꝓpter diſſonantiam doctri-
naꝝ. Hoc heretici nunꝙ̄ facere voluerunt, ſed tumi
di ⁊ elati, ſemꝑ ſe ſupra verticē extulerunt, ꝯtemnē
tes vicariū Chri, ⁊ ecclaꝝ dei rectores, cum tn̄ apl̄i
hanc humilitatꝫ ⁊ ꝯcordie atqꝫ ſubmiſſionis formā
tradiderunt, vt habet̄ Act. 15. vbi dr̄ ꝙ quidā deſcē
dentes de Iudea docebāt fr̄es ⁊c. hi ſicut oportet
nō erāt miſſi, nec doctrina eoꝝ ꝯformis erat doctrīe
apl̄oꝝ, put patet ex his q̄ ibidē ſequunt̄. Dr̄ enī int̄
cetera: Cōueneruntqꝫ apl̄i ⁊ ſeniores Iudee ⁊c. Ec
ce doctrina examināda ad locū vbi erat p̄matus ec
cleſie plata eſt, ⁊ ad vicariū Chri. Vn̄ ipſe ſingula-
riter exp̄mit̄ cum dr̄ ibidem: Cum aūt magna ꝯqui-
ſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ⁊c. Poſt eius ſen-
tentiā platus loci Iacobus rn̄dit, dicēs ⁊c. Tādem
in vnā ⁊ eandē ſniām om̄es ꝯſenſerunt, verā doctri-
nam a falſa diſcernentes. Vn̄ ſequitur: Apl̄i ⁊ ſenio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

res frẽs his q̃ ſunt Antiochie ꝛ Syrie ꝛ Cilicie fra-
tribus ex gentibus ſalutẽ: Quõ audiuimus q꞉ quidã
ex nobis( ꝗ erant fideles q̃ꝝ doctrina reprobat )exe
untes turbauerunt vos verbis, euertentes aĩas ve-
ſtras, quibus non mandauimus. ( ꝗ non erant miſſi
ab eccl̃a ſicut debet fieri, nec a ſpũ ſancto, q꞉ doctri
na eoꝝ ipẽ ſpũs ſanctus rephendit) Vñ poſt ſequit꞉
Viſum eſt ſpũi ſctõ ꝛ nobis ꝛc. Ubi tulerunt apl̃i ſpi
ritu ſctõ dictante ſñiam ꝯ falſam doctrinã illoꝝ q̃ ſe-
ipſos miſerãt, ꝛ cum apl̃is nõ ꝯcordauerant, nec eo
rum examini ſe ſubmiſerant, ꝛ alios fideles turbaue-
rant. Iſtud ꝯcordat cũ ꝓpheta Iſa. cap. 29. Paulo
apl̃o atteſtante. I. Cor. I. Perdã ſapientiã ſapieñ. ꝛ
prudẽtiã prudẽtiũ reprobabo. ſ. falſam. Neceſſariũ
eſt ꝗ vt oĩs doctrina referat ad vicarium Chr̃i, ꝛ re-
ctorem loci ꝛ eccleſiam, vt examinet ſi ꝯcordiam ha
beat cum doctrina ſpũs ſancti, qui ſolus docet eccle
ſiam, qui nõ eſt diſſenſiõis deus, ſed pacꝫ. I. Corint.
.14. Sic fecit apl̃s Paulus, vt teſtat ad Gal. 2. di-
cens: Aſcendi autẽ ſcd̃m reuelationẽ( vbi manifeſte
innuit, ꝙ deus vult fieri hanc doctrinaꝝ collationẽ
ꝛ vnitatẽ )ꝛ cõtuli cum illis euãgeliũ qd̃ p̃dico in gẽ
tibus, ſeorſum autẽ his qui videbant eſſe aliquid, ne
forte in vacuũ currerẽ aut cucurriſſem ꝛc. Notat ve
ro in ſeq̃ntibus qd̃ erant illi cũ quibus ſeorſum ꝯtu-
lerat. ſ. Petrũ, Jacobum, ꝛ Johãnem, qui videban
tur( inquit )columne eſſe. ſ. eccl̃e ex diuina illuſtrati-
one. Ad idẽ intelligẽdum putat ſanctus Aug. quod
miſſus fuit Paulꝰ ad Ananiã, vel Ananias ad Pau
lum, tunc Saulum Act. 9. vt p̃uſq̃ꝫ doceret (licet tã
eſſet a deo doctus )ꝯferrent int̃ ſe de euangelio p̃di-
cando. Itẽ ꝙ Cornelius miſſus fuit ad Petrũ. Act.
.10. Nunc vero docent quidã ſemetip̃os ꝛ ceteros,
qui paꝝ legerũt in ſcripturꝫ, ſed ſolũ naturali pollẽt
memoria et ingenio, nõnulli ꝟo oĩno ſunt idiote, ſo-
la loq̃citate muniti. Quidam vero( ꝛ hi maxime no
cent )vtunt venuſtate ſermonis, q̃ trahit mollit audi
torem nõ aduertentẽ venenum ꝑfidie. Cõtra hos ꝛ

quoſcū𝔮ꝫ ſane doctrine aduerſarios, audiamꝰ ſnīam ſaluatoꝝ ⁊ doctoꝝ nr̄i ⁊ iudicꝫ oīm. ait eni̅ Mat. 7.

Illuſtratum Decimum.

¶ Attendite a falſis ꝓphetis .i. prolocutoribꝰ, qui veniunt ad vos in veſtimentꝫ ouiū. i. in dulcibus ꝑſuaſibilibus ꝟbis, cū honeſto virtutū moralium apparatu, que cū pie ⁊ religioſe ⁊ cum veritate fiunt, ſunt ꝓprie ouiū. i. innocentiū fideliū veſtes, quan𝔮ꝫ vt decipiāt, nōnun𝔮ꝫ talibus ſimulate ſe ꝯtegunt lupi. Sed quō poſſunt agnoſci: Sequitur, Ex fructibus eoꝝ cognoſcetꝫ eos. Iſti fructus non ſunt opa virtutum moraliū, qꝛ talia cum electis etiā reprobi foris oſ̄dunt, nec dixit dn̄s, ex fructibus electos vł bonos cognoſcetꝫ (quales ꝟtutes theologice ⁊ morales, grā ⁊ charitate formate efficiūt) 𝔮ꝫuis certitudo de his minime habeat ad cognoſcēdū q̄lis vnuſq̄ſ𝔮ꝫ ſit, ſed falſos ꝓphetas. i. ꝓlocutores. Sunt ꝗ alij fructꝰ, ex q̇bus certiſſime falſi prophete cognoſcūtur, vicꝫ verboꝝ ipſoꝝ ſententie, que vel ꝑceptꝫ vel ꝯſiliis dn̄icꝫ, vel ſancte matrꝫ eccłe, doctoꝝ𝔮ꝫ eius determinationibus, vel bonis moribus aduerſanť. Exempli cā: Qui docet fornicationē eſſe licitā, falſus ꝓpheta eſt. Qui docet ſuperioribus non eē obediendū, falſus ꝓpheta eſt. Qui docet vota deo, vel ſanctꝫ eius facta, nō debē ſeruari, ſed licite infringi poſſe, falſus ꝓpheta eſt. Qui docet ſanctos dei nō debere venerari aut inuocari, nec eoꝝ ſuffragia nos poſſe iuuare, aut imagines eoꝝ debē deleri ⁊c̄. falſꝰ propheta eſt. Qui aliter docet 𝔮ꝫ vniuerſalis eccła, falſus ꝓpheta eſt. Examiatio aūt doctrinaꝝ ꝑtinet ad apl̄os ⁊ doctores, q̊s poſuit deus in eccła. 1. Corinth. 12. vt ſupra allegatū eſt, ⁊ ad ſucceſſores eoꝝ. Hoc ex Deut. cap. 17. clare habeť, vbi ď: Si difficile ⁊ ambiguū apꝺ te iudicium eſſe ꝑſpexeris ⁊c. ſurge ⁊ aſcende ad locum quem elegerit dn̄s deꝰ tuus, venieſ𝔮ꝫ ad ſacerdotē, ⁊ ad iudicem, quereſ𝔮ꝫ ab eis, q̇ indicabūt tibi iudicij veritatē, ⁊ facies q̊dcū𝔮ꝫ dixerint, ſeq̄riſ𝔮ꝫ ſententiā eoꝝ ⁊c. De h̄ requiro

exempla falſorum [illegible]

latius ſupra, vbi agit de obedi̅etia eccl̅ie occaſiona-
liter propter ſuffragia ſanctoꝝ ꝛc. ſub titulo qui ta-
lis eſt, Illuſtratum primum.

Illuſtratum .xi.

¶ Quia vero quidam peſtilentes mortifero infecti
morbo, ꝛ plurimos inficientes, filii Belial. i. ſine ve.
dicit Judicū. 19. docent leges humanas ab hoib⁹
(vt dicunt) inuentas ꝛ inſtitutas debere aboleri, nec
eas vim habere obligandi, maxīe in foro ꝯſcientie.
ſed ſolam legem eſſe obſeruandam euangelicā (quā
vtinam bene intellectā ſeruarent) contra quoꝝ veſa-
niam clariſſimi viri catholici luciſſime p̄clara do-
gmata, diuina referti veritate, ꝯſcripſerunt, placuit
(cum reſiduum aliq̇d adhuc habeamus candele ar-
dentis atq̧ lucenƷ) in huius noctƷ tenebras peſtife-
rā ꝛ beſtialem ipſoꝝ doctrinā demonſtrare, vt caue-
at ab ea oīs ambulans in nocte. Videnī ex facto nil
aliud querere filii iſti beſtiales, q̄ȝ (iugo oīs legƷ ab-
iecto) in rapinis bonoꝝ tp̄alium cleri ꝛ religionis li-
bere debacchari. Hoc nobiles multi, hoc ruſtici in-
numerabiles facto attentauerunt. Sed non p̄miſit
eos procedere neq̧ durare, oīa ꝯſpiciēs ꝛ moderās
dn̄s. Certi principes idem agentes, finem correſpō-
dētem habebunt ſue veſanie. Flagellis corripuit et
flagellauit filios ſuos pater (quibus merito infenſus
fuerat) ſed miſericordie memor paī miarum, flagel-
la ꝯfregit, ꝛ in ignē ꝯiecit. Quanq̄ȝ nondū eſt auer-
ſus furor eius, ſed adhuc man⁹ eius extēta ad puniē-
dū p̄fanos. Preī hos etiā a clero ꝛ religiōe egreſſi
ſunt filii neq̄ȝ ꝛ ſcelerati, filii Belial, reiiciētes iugū,
ambulantes poſt fediſſimas ꝯcupiſcentias ſuas, ꝯ-
iungentes ſibi (vt aiunt) vxores, in veritate tamē ve-
ras (quas elegerūt) meretrices. Quid turpius ꝛ ſce-
leratius excogitari poteſt, manibus tractare mere-
trices, in actu meretricio turpiſſimo ac toto affectu
ꝛ animo illi cenolente voluptati immergi, et poſtea
eiſdem putentibus manibus et animo virginis filiū
angeloꝝ dominū, regem glorie ꝯtrectare et bibere:

O cecitas, o preſumptio, o temeritas. Nō obiicias
mihi veterꝫ ⁊ noui teſtamenti prēs, aut Grecoꝝ con
ſuetudines, vel ſimilia, ꝯtra que iam latiſſime docto
res egregie ꝯſcripſerunt. Candela noſtra ad hꝫ dilu
cidādā ſe nō extendit, ſed ad ſacros canonēs vel re
gulas te tranſmittit, quas ſpiritusſanctus ꝑ electos
ſuos dictauit, ⁊ per eas ꝓ diuerſitate tempoꝝ mem
bra eccleſie q̄ viuificat, regit. His legibꝰ et regulis
te ꝯfirma, ſi voluerꝫ nomen euadere Belial, ⁊ partē
habere cum Chriſto. Nō eni͂ eſt participatio Chri
ſti vlla cum Belial. 2. Cor. 6. Eccleſia ꝑmitiua pro-
pter carētiam ſeu inopiam hominum dignorum vel
aptoꝝ ad officia eccleſiaſtica, elegit cōiugatos, ſed
ordinatos ad officia nunq̄ꝫ permiſit noua inire ꝯnu-
bia. Nunc multiplicatꝫ fidelibus, ſolis ꝯtinentibus
officia cōmittit eccleſiaſtica ſancta mater eccleſia.
Ve luxuriantibus in ea. Greci vero ſtabunt in ordi-
ne ſuo coram deo. Hi ſepe rebelles eccleſie dei inuē
ti ſunt. Manifeſtum eſt ex ſcripturꝫ, ꝓ tempore ali-
quid pulchrum et neceſſarium fuiſſe, quod ſequenti
tempore turpe extitit. Exempli cauſa: Fratrem ⁊ ſo
rorem matrimonialiť cōiungi, tempore Ade ⁊ Noe
neceſſarium extitit et in p̄cepto ⁊ in benedictione, ⁊
ergo pulchrum, qđ tamē poſtmodum ꝓhibitum fu-
it ⁊ turpe. Leui. 18. vbi diciť ſic: Turpitudinē ſoro-
ris tue ex patre ſiue matre, que domi vel foris geni-
ta eſt, non reuelabis. ¶ Nunc in breuibus oſtendā,
vnde leges humane habeant vim obligandi, etiam
in foro ꝯſcientie. Vltra modum eſt mirabile, qđ non
conſiderant qui nomen ſibi vendicant Chriſtianita-
tis, q̄ꝫ alienū ſit ab humana natura nō regi legibus
etiā humanis, cum ꝓpter corruptionem nature hu-
mane, nulla etiam modiciſſima ꝯgregatio ſubſiſtere
valeat ſine regula vel lege. Illuſtratū .12.
¶ Eſt multiplex lex: Prima eſt eterna: hec eſt ratio
gubernatiōis reꝝ in deo ſicut in ꝑncipe vniuerſita-
tis, qui nihil ꝯcipit in tp̄e, ſed habet eternum conce-
ptum. De hac dꝛ in pſal. Lex tua veritas. Ideo non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poteſt errare. Ab hac om̄es iuſte leges deriuantꝛ iu-
xta illud Pro. 8. Per me reges regnāt, ⁊ legum ꝯdi-
tores iuſta decernunt. Ab hac lege ṗmo deriuatꝛ lex
naturalis, q̄ eſt q̄dam inclinatio reꝝ in ꝓprios actꝰ,
⁊ fines ex imp̄ſſione eterne legꝫ. Que tamē imp̄ſſio
excellentioꝛi modo eſt in hoīe q̄ȝ in ceterꝫ animatis
vel inanimatis, inq̄ȝtum eſt ipſe homo particeps ꝓ-
uidentie, ſibiipſi ⁊ aliis ꝓuidens. Primum ṗncipi-
um huius legꝫ eſt, bonū ē qđ om̄ia appetūt. Primū
ergo p̄ceptum huius legꝫ eſt, qđ bonum eſt facien-
dum ⁊ ꝓſequendum, ⁊ malum vitādum, ⁊ ſuper hoc
fundantꝛ om̄ia alia p̄cepta legꝫ nature. Ab his dua-
bus legibus, eterna. ſ. ⁊ naturali, deriuātur om̄es le-
ges humane, inq̄ȝtum. ſ. ex imp̄ſſione eterne legꝫ, et
p̄ceptis legis naturalis, quaſi ex quibuſdam princi-
piis ꝯmunibus et indemōſtrabilibus humana ratio
ꝓcedat ad aliq̄ magis particularitꝛ diſponenda. Et
iſte particulares diſpoſitiones adinuente ſcđm rati-
onem humanā, dicuntur leges humane. Et ſunt ſum-
me neceſſarie. Facte em̄ ſunt, inquit Iſidorꝰ, vt eaꝝ
metu humana coerceatꝛ audacia, tutaq̄ȝ ſit inter im-
pꝛobos innocentia, et in ipſis impꝛobis (formidato
ſupplicio) refrenetꝛ nocendi facultas: Hec ille. Ho-
mo enim (teſte Philoſopho) ſi ſit perfectꝰ virtute,
eſt optimum aīalium: ſi vero ſeparatus a lege ⁊ iu-
ſtitia, eſt peſſimum oīm, qꝛ habet arma rationis ad
explendas ꝯcupiſcentias ⁊ ſeuitias. Neceſſariū er-
go fuit ad pacem hominū ⁊ virtutem qđ leges pone-
rentur. Quaꝝ quedam deriuantur ex lege naturali,
ſicut concluſiones ex pꝛincipiis: ex illo nanq̄ȝ quod
nulli eſt faciendum malum, ſequitur quod non licet
aliquem occidere, nec decipere in emendo ⁊ vēden-
do et ſimilibus. Et hoc vocatur ius gentium, quod
equaliter apud om̄es gentes ſeruatur. Quedam ve-
ro leges deriuātur ex lege naturali, ſicut determina-
tiones quedam aliquoꝝ communium. Sicut lex na-
ture habet quod ille qui peccat, puniatur: ſed qđ ta-
li pena aut tali puniatur, pertinet ad ius ciuile. ⁊ ta-

les determinationes differenter tradunt̄ in regnis,
in ciuitatibus, ⁊ ceteris locis. Vterqꝫ tamen modus
ex principiis naturalibus ſiue ꝯcludēdo, ſiue deter
minando in humana lege ꝯtinet̄. He ſunt leges ca-
nonice, he ſunt leges imperiales, he ſunt leges ter-
rarum, ciuitatum, villaꝝ, ⁊ ſimilium locorum. Que
omnes cōdite ſunt vt refrenent̄ mali, vt vitia exclu-
dantur, vt ſubditi boni ⁊ virtuoſi reddant̄. Omīa ta
men mala emendari nō poſſunt. Vn̄ Aug. Lex que
regendis ciuitatibus fert̄, multa ꝯcedit, atqꝫ impu-
nita relinquit, que ꝑ diuinam prouidentiā vindican
tur. Quapropt̄ (ſcd̄m eundem in libro. I. de lib. arbi
trio) vt nullū malū improhibitum ⁊ impunitū rema
neat, neceſſariū fuit ſuꝑuenire legem diuinā, ꝑ quā
omnia peccata prohibent̄. Hec etiā interioris hoīs
motus regulat, ad q̄s humanum iudiciū ſe non extē-
dit. Ad huius leg̃ diuine impletionē perfectam, ꝑ
ſanctos patres ſpūs ſanctus certos viuendi modos
⁊ leges inſtituit, quas regulas, vel ſtatuta, vel ꝯſue
tudines (que vim legis obtinent) appellāt, ad quas
nemo obligat̄, niſi profeſſus eaꝝ, prout infra dicet̄.
Oēs itaqꝫ humane leges ꝯſcripte, hn̄t vim obligan
di in foro ꝯſcientie, a lege eterna, a q̄ deriuant̄, ſecū
dum illud Prouerb. 8. per me reges regnāt, ⁊ legū
conditores iuſta decernunt, ⁊ non ab hoīe, qꝛ homo
homini (vt ſic) non pōt imputare peccatū, ſed ſolus
deus, cui dicimus: Tibi ſoli peccaui. Pctm̄ em̄, te-
ſte Aug. eſt dictum vel factum vel concupitum con
tra legem eternā. Ergo delinquentes in leges, in de
um peccant, ⁊ ſibi damnationē acquirunt, qꝛ diuine
ordinationi reſiſtunt, iuxta dictum Apl̄i, ſi tn̄ leges
ipſe radicate fuerint in lege eterna, ex qua habēt qꝫ
iuſte ſunt. Non eſt aūt, nec quidem dici poteſt lex, ſi
iuſta non fuerit, teſte Augu. Quapropter leges in-
iuſte non obligant in foro ꝯſciētie, niſi forte propter
vitandū ſcandalum vel turbationem, propter qḋ eti
am homo iuri ſuo cedere debet, ſcd̄m illud Matth.
5. Qui abſtulerit tibi tunicam, da ei ⁊ pallium. Ad

tamē non eſt faciendum, ſi peiora ſequerent̄. Per-
uerſi em̄ homines totum tollerēt, ſi ipſis reſiſtentia
non fieret. Nec etiam eſt faciendum, qn̄ iniuſta lex
ꝯtrariaret̄ diuine legi, inducens non ad patientiā,
vel aliud bonū, ſed ad pctm̄, qꝛ obedire oportet deo
magꝫ ꝙ̄ hominibus, Actuū. 5. Peccat aūt in deum
q̇s relinquendo leges p̄fatas diuerſis motiuis. Pri
mo ꝯtemnendo autorē legꝫ vel ſuperiorem. Qui cō
temptus ḡuior eſt ꝙ̄ ꝯtemptus contra legem, cū q̄
mitius agitur, ꝙ̄ cum legꝫ miniſtro ſcđm iura. Se
cundo ꝯtemnendo legem, q̇a. ſ. non vult ſubiici legi
cui eſt aſtrictus, ꝛ ex hoc procedit agēdo contra le-
gem. Talis opat̄ ꝯtra legē ꝓprie ex ꝯtemptu. Hec
attēderēt Luterani et heretici, legiſlatores diuos,
pontifices ſanctos, ꝛ imperatores, ſacraſq̄ꝫ leges et
canones ꝯtemnentes, ſi intellectū haberent. Ter-
tio ex ignorantia, vel negligentia, vel ira, vel ꝯcupi-
ſcentia, ꝛ ſilibus. Si quis ex q̄cunq̄ꝫ cauſa tranſgre-
ditur legē, ꝛ habet aīm ꝯtinuandi tranſgreſſionē, ta
lis dꝛ peccare ex contemptu interp̄tationis: Hec ꝯ̄
tranſgreſſores. Iuſto autē, ſcđm Aplm̄. I. Tim. I.
non eſt lex poſita, ſcꝫ inquantū cogit ꝛ punit, q̇a iu-
ſtus coactione non indiget, cum ex amore libere le-
gem impleat: iccirco etiam penam non meret̄. eſt tn̄
iuſto lex poſita, dirigēs eum. Ex p̄dictꝫ liquet, ꝙ le-
ges humane vim habent obligādi a lege eterna. Ea
propter potiꝰ dicende eſſent diuine leges ꝙ̄ huma
ne, qꝛ a deo emanant per hoīes. Lex quippe eterna
eſt ipſe deus. Que etiam lex humanata, verbo ꝛ fa
cto nos docuit humiliter eiſdē humanis legibꝰ obe
dire. Attendamus hunc ducem ac p̄ceptorem nr̄m
Chriſtum Ieſum: Ipſe didrachma ſoluit, a Pilato
ſententiam mortꝫ accepit, ꝛ obediuit. Veſtes requi
ſitus exuit, ꝛ flagellis ſe aptauit. Iuſſus ſedit coro-
nandus ꝛ illudendus. Impoſitam crucem obediēs
portauit. Poſtulatꝰ manus extēdit ꝛ pedes, vt affi
geretur. Confundat̄ ḡ qui ſe non ſubdit dei vicariis
et ſacris legibꝰ, cum ſuus dux ſaluator et dn̄s ſe pro

eo ſubdiderit iniquis iudicibus, miniſtris, ⁊ poteſta‑
tibus, atq; humanis legibus.

Illuſtratum .xiij.

¶ Superius inter leges, que vim habent obligan‑
di, poſita eſt lex diuina, ad cuius perfectam impleti‑
onem (vt ibidem dictū fuit) per ſanctos patres ſpūs
ſanctus certos viuendi modos ⁊ leges inſtituit, ad
quas tamen nemo obligať, niſi pꝛofeſſus eaꝝ, pꝛo‑
pter quā pꝛofeſſionem ſeu votum ille leges vim ob‑
tinent obligandi, etiā in foꝛo ꝯſciētie, vt ſcriptura ſa‑
cra teſtať Nūeri. 30. Si quis viroꝝ votum dn̄o vo‑
uerit, aut ſe iuramento ꝯſtrinxerit, non faciet irritū
verbum ſuū, ſed om̄e quod pꝛomiſit, implebit. Hec
pꝛecepit ibid̄ dn̄s deus. Utrunq; eſt obligatoꝛiū, vo‑
tum tn̄ magis. Cuius ratio eſt: Quia obligatio vo‑
ti cauſatur ex fidelitate, quā deo debemus. Ad quā
requiriť, ꝙ ei pꝛomiſſum ſoluamus. obligatio aūt iu‑
ramenti cauſatur ex reuerentia, quā debemus ei, ex
qua tenemur ꝙ verificemus id qđ per nomē eius ꝓ‑
mittimus. Omnis aūt infidelitas irreuerentiam ꝯti‑
net, ſed non econtra. Un̄ ⁊ infidelitas ſerui ad dn̄m
videť eſſe maxima irreuerentia ad ipm̄. Et ideo vo‑
tum ex ſua ratione mag; eſt obligatoꝛium ꝙ̄ iuramē‑
tum. Quātum ꝟo deo diſplicet votū infidele, on̄dit
ſpiritus ſanctus ꝑ Eccleſiaſten ca. 5. dicēs: Si quid
vouiſti deo, ne moꝛer; reddere, diſplicet em̄ ei infide‑
lis ⁊ ſtulta pꝛomiſſio, ſed quodcunq; vouer; redde.
Dicitur pꝛomiſſio infidelis, quando votum non red‑
ditur. Dicitur ſtulta, qn̄ eſt de re illicita, vel impoſſi‑
bili, vel de re que non cedit in honoꝛem dei, vt leua‑
re feſtucam de terra. Ex pꝛedictis vero manifeſtum
eſt, quod votum obligat ad id quod vouit quis fide‑
liter implendum.

Illuſtratum .xiiij.

¶ Supꝛadicti vero modi viuendi aut leges non diſ‑
crepant, nec elongant neque recedunt a lege diuina
ſeu euangelica (vt quidam velut infernales canes

oblatrant)ſed ſunt perfecte impletiones diuine le-
gis. Propterea em̄ inſtituti ſunt, vt lex diuina ſtri-
ctiſſime obſeruetur, et contraria huic legi facillime
deuitentur. Lex quippe vetus et euangelica, hoc
eſt, diuina omnia mandata tradidit propter impleti
onem charitatis, vt teſtatur ipſe deus Matthe. 22.
dicens: Diliges dominum deum tuum ex toto cor-
de tuo, ⁊ in tota anima tua, ⁊ in tota mente tua, hoc
eſt maximum ⁊ primum mandatum. Secundum au
tem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut
teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pen
det et prophete. Sed quia homīes communiter ab
impletione huius precepti charitatis impediuntur
per curas rerum temporalium, ⁊ innatas prauas cō
cupiſcentias, ⁊ propriam malitiam, ſecundum quod
dicitur. 1. Johan. 2. Omne quod eſt in mundo, con-
cupiſcentia carnis eſt, ⁊ concupiſcentia oculorum, ⁊
ſuperbia vite, in quibus continentur omnia peccata
charitati contraria. Ea propter ſancti patres (ſpiri-
tu ſancto inſpirante, ſine quo nullum omnino bonū,
nec auxilia ſalutis eſſe poſſunt) p̄dictos viuendi mo
dos elegerunt, per quos declinarent a malo omniuꝫ
peccatorum, ⁊ facerent bonum, deum ſuper omnia
diligendo, et ipſi iugiter inherendo, quantum poſſi
bilitas in hac mortali vita ꝑmittit, diuina ipſis gra-
tia aſſiſtente ⁊ cooperante. Hi viuendi modi ab ec-
cleſia approbati ſunt per tot centena annorum, cum
in eis ſit maior ſecuritas, excellētiſſima ſanctitas, ⁊
deum perfecte diligendi ſummitas. Melliſluus eti
am Bernhardus ſimile teſtatur, dicens: Bonum eſt
nos hic eſſe, ſcilicet in religione (que in predictis vi
uendi modis continetur, atq; ſignatur) quia ibi ho-
mo viuit purius, cadit rarius, ſurgit velocius, ince-
dit cautius, quieſcit ſecurius, irrorat̄ freq̄ntius, pur
gat̄ citius, moritur ꝯfidentius, remunerat̄ copioſiꝰ.
Hi viuendi modi hoīes ceteris religioſiores effici-
unt. Religioſi quippe dicunt̄ ij, qui vnū verū deū co
lunt. Tales ſunt oēs Chriſtiani. Cetere vero natio

nes vnum deū (ſuo modo colētes) nomine religioſis
indigni habent, propter ſupſtitionē ⁊ falſitatē atq;
errores, vt ſunt Judei, Saraceni, heretici. Quāuis
ergo religioſi dicant oēs veri Chriſtiani, eo ꝙ vnū
verū deū colūt, ſpēaliter tñ inter eos religioſi dicun-
tur, qui totā vitam ſuā diuino cultui dedicant, a mun
danis negotiis ſe abſtrahentes. Quales ſunt illi, q̄
ſub p̄dictis viuēdi modis ⁊ legibꝰ viuūt. Sicut int
piſentes panes, illi piſtores dicunt, q̄ q̄tidie pinſunt
panes, ⁊ hoc officiū in cōitate exercent, nō aūt illi q̄
in domibꝰ ſuis ſibiipſis interdū pinſunt, q̄uis gene
raliter piſtores etiā dici poſſent. Iſti itaq; religioſi
cū ceteris Chriſtianis viuūt ſub lege diuina, ſed ex-
cellentius. Sicut etiā inter ſeculares Chriſtianos,
vnus eſt altero religioſior, deuotior, largior, patien
tior, miſericordior, magis pius, ⁊ ſic de ceteris ꝟtu-
tibus exēplificari pōt. Qui igit meliores ſunt nō ex
cludunt a lege Chriſtiana, ſed magis ſpectant ad le
gem Chriſtianā tanquā chriſtianiores.

### Illuſtratum. xv.

Ut p̄ſcripta magis eluceſcant, ſciendū eſt ꝙ re
ligio eſt q̄dam ſpēalis aīe ꝟtus moralis, p̄cellens ꝟ-
tutes morales vniuerſas. Qđ ſic ꝓbat: Ea q̄ ſunt ad
finē, ſortiunt bonitatē ex ordine ad finē. Et ideo quā
to ſunt fini ꝓpinq̄ora, tanto ſunt meliora. Virtutes
aūt morales ſunt circa ea q̄ ordinant in deū ſicut in
finē. Religio autē magis de ꝓpinq̄ accedit ad deū,
q̄ alie ꝟtutes morales, inquantū opat ea q̄ directe
⁊ imediate ordinant in honorē diuinū. Et iđ religio
p̄eminet inter alias ꝟtutes morales, ⁊ nos deo ꝓxi-
mos facit. Pro cuiꝰ ꝟtutis maiore intelligētia ē ad-
uertendū, ꝙ religio triplicē habet deriuationē. Dr
eñi vel a religendo. ſ. ea q̄ ſunt diuini cultus, q̄ hmōi
ſunt frequenter in corde reuoluēda, ⁊ eligēda tanq̄
chariora, ac meliora bona, iuxta illud ꝓuer. 3. In oī
bus viis tuis cogita illum. Et illud Pſal. Oculi mei
ſemper ad dñm. Et illud: Et meditabor in iuſtifica-
tionibus tuis ſemper. Et ſimilia multa. Alio mod

dicit religio iterum a religendo, quia deum iterum re-
ligere debemus quem amiſeramus negligentes, ſi
cut Aug⁹ dicit. x. de ciui. dei: Tertio modo dicit re-
ligio a religando. Unde Aug. dicit lib. de vera reli.
Religat nos religio vni omnipotenti deo. Siue au
tem religio dicat a frequenti electione, ſiue ex itera
ta electione eius quod negligēter amiſſum eſt, ſiue
dicat a religatione, religio proprie importat ordinē
ad deum. Ipſe eſt enim cui principaliter alligari de
bemus tanquā indeficienti principio, ad quem etiā
noſtra electio aſſidue dirigi debet, ſicut in vltimū fi
nem, quem etiam negligēter peccando amittimus,
ꝛ credendo ꝛ fidem pſtando recuperare debem⁹.
Sed quid per hanc virtutē ſi querat operamur. Di
cendū ꝙ religionis duplex eſt act⁹, qui ab ea imme-
diate elicitur. Primus eſt actus interior, qui eſt de-
uotio, que eſt voluntas prompte tradendi ſe ad ea
que ptinent ad dei famulatum: Et oratio, que ſcd̄m
Damaſcenū, eſt aſcenſus mentis in deum. Secun-
dus actus eſt exterior, vt adoratio que fit corporalit
ter, ſicut per genuflexionē, proſtrationem, ꝛ inclina
tionem: et oblatio exteriorū rerum in ſacrificio. Eſt
etiam quidam alius actus religionis, qui dicit impe
ratus. Et ſic actus omniū virtutū poſſunt eſſe actus
religionis, quia poſſumus eos ordinare ſpeciali mo
do in honorem dei. Nam ieiuniū qd̄ eſt actus abſti
nentie, ꝛ abſtinere a venereis, qd̄ eſt actus caſtita-
tis, ꝛ miniſtrare infirmis, qd̄ eſt actus miſericordie,
poſſunt fieri ad dei honorem ꝛ reuerentiam ſancto-
rum, ꝛ tunc ſunt actus imperati religionis. Et ſic in
telligit illud ſancti Jaco. j. Religio munda ꝛ imma
culata hec eſt, viſitare pupillos ꝛ viduas ꝛc. qui vti
ꝗ eſt actus immediatus ꝛ elicitus ipſius ꝟtutis mi
ſericordie, ſed imperatus ipſius religionis. Ope-
ra igit ꝛ actus religionis ſunt, deuotio, aſcenſus mē
tis in deum (que ē oratio mentalis, ex qua oritur ora
tio vocalis ꝛ cantus) quibus opitulātur puritas cor
dis, meditatio ꝛ ꝯtemplatio, exercitium internum,

et his ſimilia, in interioribus hominis. In exteriori-
bus eſt adoratio, que fit per genuflexionem, ꝓſtra-
tionem, ⁊ inclinationem, atq; ſimilia apta ad mouen-
dum interiorem hominem ad actum ſuum. Hec ta-
men exteriora preſupponunt interiora, ſcilicet noti-
tiam eius qui adorat, qꝺ videlicet deus autor ſit na-
ture, gratie, glorie, ⁊ omnis boni. Hec eſt adoratio
latrie, exhibitio honoꝝ diuini, q̄ talem cognitionem
req̄rit, ⁊ nulli alteri exhibet. Item p̄ſupponit plenā
⁊ ꝑfectam ſubiectionem ⁊ ſubmiſſionē in diuinū bn̄-
placitum ex charitate, vt adoratio illa accepta ſit et
meritoria. In ſacrificio x̄po ſunt om̄ia que offerūtur.
Inter cetera ſunt ꝓprie voluntatꝭ oblatio, corporis
maceratio, tp̄alium reꝝ abdicatio, vitioꝝ mortifica-
tio, paſſionū refrenatio, ſacri altaris hoſtie q̄tidiana
immolatio, ⁊ (qꝺ maximū eſt) cum ſummo deo opti-
mo ⁊ maximo ſtricta ꝑ votū ꝑpetua obligatio. Ma-
nifeſtum eſt aūt ꝙ p̄ſcripta oꝑa et actus ꝑ amplius
freq̄ntant ⁊ fiunt ꝑ eos, q̄ ſub p̄ſcriptis viuendi mo-
dis ac legibus viuunt, atq; per antonomaſiam reli-
gioſi appellātur, q̄ȝ per quoſcunq; Chriſtianos. Ad
hoc quippe inſtituti ſunt religioſi, vt huiuſmodi acti-
bus vacent die ac nocte, ⁊ ſalutem ꝓp̄am operen-
tur, peccata populi defleant (monachus em̄ ex gre-
co dicitur vnus, triſtꝭ) pro tota eccleſia orent ⁊ inter-
pellent, vt innuit Leui. 10. Qꝺ autem nōnulli reli-
gioſi ab his deficiūt, ⁊ ꝙ aliqui ſeculares in his eos
p̄cellunt, hoc eſt ꝑ accidens. Et ſicut p̄fati religioſi
in ſtatu ſuo p̄cellunt eos q̄ in ſtatu ſeculari viuūt, ita
etiam inter religioſos illi qui excellentioribus acti-
bus religionis vacant, precellunt illos qui in minus
ſpiritualibꝰ exercitijs deo deſeruiūt. Et hoc ex par-
te ſtatus vel officii, qꝺ in eccleſia gerunt, q̄uis ꝑ ac-
cidens inferior interdum ſuperiorem excedat. Quā-
to autem aliqua ſunt ſpiritualiora, tanto ſunt ſimpli-
citer meliora, licet per accidēs cōtrarium iudicetur.
Improuide ergo decipiunt, qui putant contempla-
tores ⁊ a cōſortio hominum ſeparatos, vanos ac in-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

utiles eccleſie dei, cum tamen dominus dicat Luc. 10. Maria optimam partem elegit, que non auferetur ab ea. vbi dicit Ambroſius: Agat te ſicut Mariam deſiderium ſapientie. Hoc enim maius, hoc perfectius opus, nec miniſterij cura a cogitatione verbi celeſtis te auertat, nec arguas eos ⁊ otioſos iudices, quos videas ſtudere ſapientie. Hanc enim ſibi cohabitantem Salomon ille pacificus aſciuit. Nec Martha tamē in bono miniſterio reprehendit, ſed Maria quod meliorem ſibi partem elegerit, antefertur: Hec Ambroſius. Beatus quoqꝫ Auguſtinus in libro de operibus monachorum, tales ſanctiores eſſe dicit, qui a cōſpectu hominum ſeparati, nulli ad ſe prebent acceſſum, viuentes in magna intentione orationum. Idem tales multum vtiles fore humano generi teſtatur in libro de moribꝰ eccleſie, dicēs: Pane ſolo qui eis per certa interualla temporum affertur, ⁊ aqua ꝯtenti, deſertiſſimas terras incolūt, perfruentes colloquio dei, cui puris mentibus inheſerunt. Videntur autem nonnullis res humanas plus ꝙ̄ oportet deſeruiſſe, non intelligentibus quantum nobis eorum animus ī orationibus proſit, ⁊ vita ad exemplum, quorū corpora videre non ſinimur: Huc uſqꝫ Auguſtinus. Predicta omnia propterea congeſſimus (quanquam incōparabiliter maiora ⁊ meliora adduci poſſent) vt oſtēderemus religioſos nō diſcordare a lege euangelica, vt heretici latrant, ſed potius inter euangelicos eos fore perfectiores.

## Illuſtratum .16.

Votum inſuper qđ faciunt, ⁊ pfeſſio viuendi ſcđm formā ⁊ legem per ſanctos pr̄es a ſpūſancto inſtitutam, eos feliciores reddit, eo ꝙ opera laudabiliora ⁊ magis meritoria ſunt que fiunt ex voto, ꝙ̄ ſine voto. Quapropter cōſulit in Pſal. Vouete ⁊ reddite, vbi dicit gloſa: Vouere volūtati conſulitur: Sed cōſilium nō eſt, niſi de meliore bono. Ergo melius eſt, facere aliqđ opus ex voto, ꝙ̄ ſine voto. Qr qui fa-

cit ſine voto, implet tantū vnū conſilium. ſ. de facie
do: qui aūt facit cum voto, implet duo cõſilia. ſ. vo-
uendo ꝛ faciendo. Preterea vouere eſt actus latrie
(q̄ eſt ꝓcipua inter virtutes morales) nobilioris aūt
virtutis eſt opus melius, et magis meritoriū. Ergo
actus ꝓcedens ex voto, eſt magis meritorius ꝛ lau
dabilior: vnde etiā actus aliarū virtutum, puta ieiu
nare, qui eſt actus abſtinentie: ꝛ ꝯtinere, qui eſt act⁹
caſtitatis, ſunt meliora ꝛ magis meritoria, ſi fiant ex
voto, q꞉ ſic iā ptinent ad diuinum cultū, ꝛ ſunt actus
latrie, et q̄ſi quedā dei ſacrificia: vnde Auguſt. in li.
de virginitate dicit, ꝙ neq̧ ipa virginitas, q꞉ virgi-
nitas eſt, ſed q꞉ deo dedicata eſt, honorat̄. Preterea
ille qui vouet aliquid ꝛ facit, plus ſe deo ſubiicit, q̄
ille q̄ ſolū facit. Subiicit eñ ſe deo nõ ſolum quantū
ad actum, ſed etiā quantum ad ptātem, q꞉ de cetero
non pōt aliud facere. Sicut plus daret hoī, qui da-
ret ei arborem cū fructibus, q̄ qui daret ei fructus
tantū, vt dicit Cācel. in lib. de ſimilitudinibus. Er
go opera bona facta ex voto ſunt magis meritoria.
Preterea p votum imobilit̄ volūtas firmatur in bo
num. Facere aūt aliq̄d ex volūtate firmata in bono,
pertinet ad ꝑfectionē virtutis, ex qua op⁹ reddit̄ ꝑ-
fectum ꝛ magis meritoriū: ſicut a cõtrario, peccare
mente obſtinata, aggrauat pccm̄. Nec obſtat, ſi int
dum homo votū implet cum triſtitia, dum tñ rema
neat voluntas votū implendi, q꞉ adhuc (triſtitia nõ
obſtante) eſt opus magis meritoriū, q̄d fit ex voto,
q̄ ſine triſtitia fieret ſine voto. Quia impletio voti
eſt actus vel opus religionis ꝛ latrie, que eſt poten
tior virtus q̄ alia virtus, puta abſtinentia vel caſti
tas ꝛ ſimiles. Predicta omnia, eſt ſentētia vniuerſa
lis eccl'ie dei, ꝛ omnium ſanctoꝝ doctorum filiorū
dei, ꝛ membroꝝ eccleſie dei. Qui ꝯtraria docet, he
reticus eſt, ꝛ falſus doctor ꝛ diaboli filius.

Illuſtratum .xvij.

¶ Modorum religioſe viuendi ſepe ſupra memo-
ratorū inuentores, inuenimus ſpū dei plenos fuiſſe.

Si voluerimus altius attendere, ante diluuiū Abel iuſtum inuenimus, ⁊ Enoch ⁊ filios dei. Ante legē Abraham, Iſaac ⁊ Iacob. Per paucos nominatim expreſſos, nolumus ceteros nomiabiles supprime-re. Ante aduētum ſaluatoris ſub lege veteri, quis dinumerabit omnes, qui in cōitate religioſius vixe-runt, cum in comparatiōe oim gentium, filii Iſrael oēs religioſi erant, habētes a deo certos modos colendi deum, ad quos alie nationes non tenebant, ⁊ ſaluari poterant, ſi cū Iſraelitis ſola decalogi pre cepta ſeruarēt? Volebat enim deus vt religioſius vi uerent, de quibus ſcđm carnem deſcēdere volebat. Inter eos erant nihilominus nōnulli ceteris religioſiores, vt prophete filiiq̧ prophetarum, quos be-atus Hieronymus appellat monachos illius tem-poris. Johannes quoq̧ Baptiſta, cuius vite ⁊ reli-gionis extiterit, euangeliū euidētius edocet: In me dio ⁊ plenitudine tpis, tādem venit dominus Ieſ⁹ mediator dei ⁊ hominum, legifer iuſtiſſimus, ⁊ mo-derator vite oīs (id ē modi viuendi) rectiſſimus, a quo patres omnes ⁊ qui eū precesſerant, ⁊ qui eum ſubſecuti ſunt, religioſe viuendi formam acceperūt. Precedentes per inſpirationem ⁊ prophetiam, in q̄ deſcribit vite forma Meſſie: ſubſeq̄ntes per exem-plum. Ipſe ſiqdem obedientiam, humilitatem, ſub iectionem, pauptatem, ⁊ caſtitatē, virtutumq̧ oim perfectionē in ſe oſtendit ⁊ docuit. Ab eo xpo et ſuo ſpiritu imbuti apoſtoli, primi ⁊ facto ⁊ verbo docu-erunt euangelicam perfectionem, vite Chriſti per-maxime conformem, ⁊ omnis religionis fundamen tum poſuerunt, ſcđm quod eccleſia orat dicens de apoſtolis Petro ⁊ Paulo ſic: Per q̄s religiōis ſum pſit exordiū. Hoc Act⁹ apoſtolorum, hoc epiſtole Petri ⁊ Pauli aliorumq̧ apoſtolorū, hoc modi ipo rum viuendi, ceterorū q̄q̧ fideliū in Hieruſalem cla riſſime atteſtantur. Poſt tempora multa, ſubſecuti ſunt in religioſa vita Paulus primus eremita, An-tonius, Macharius, Hilarion, ⁊ innumerabiles ere

mite, vt liber vitas patrum manifeſte edocet. Poſt hec in modis diuerſis religioſe viuendi apparuerūt ex dono dei Magnus Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus, Benedictus, Gregorius, Bruno Carthuſienſis ordinis initiator, Robertus ordinis Ciſterſcienſis, et Bernardus Norbertus ordinis Premonſtratenſis, Dominicus ordinis pdicatorum, Franciſcus ordinis minorum, et alii plures diuerſorum ordinum inſtitutores, et innumerabiles vtriuſque ſexus precedentium in ſancta religioſa conuerſatione patrum imitatores. Quorum omnium vite ſanctitatem actus eorum teſtantur et ſcripta. Quibus etiam diuina pietas teſtimonium perhibuit in miraculorum operatione, ſubito preter naturam infirmitates varias curando, defunctos ad vitam reuocando, ad que nulla ſe virtus aut potentia extendit, niſi diuina. Deus vero autor miraculorum, teſtis falſitatis eſſe non poteſt. De quorum omnium laude, tam patrum inuentorum, q̄ ſancte perſeuerantium imitatorum, q̄ etiam cunctarum approbatarum religionum, cū abundantiſſime et luculentiſſime per ſacros doctores, veteres pariter et nouos peroratum ſit, et per approbationem eccleſie in lucē diei eductū, nos nolumus per noſtram candelam diem confundere, quaſi lumini diei et ſolis, lumen candele aliquid valeret appendere. Jam nunc tempus eſt, vt candela noſtra finiatur, ne diem offendamus. Putamus enim quod dies clare notitie vere fidei catholice imineat his, qui errores in nocte p candelā oſtēſos, potuerint euadere.

¶ Nemo miretur quod imperfecte et abſq; ordine ſupradictos conſcriptos errores oſtenderimus. Nā ad candelam hoc pertinet, quod nunquā totam domum perfecte illumīat, ſed multa in tenebris luſtrādo relinquat. Nec ordinate, ſed q̄ primo occurrunt, illuſtrat. Et ſepe fit, dum alia querit, quod prius oſtēſa iterum demōſtrat. Sic ſic factum eſt nobis, vt dū ſacris doctoribus (tanquam celi aſtris) deferremus, et ad eos lectores mitteremus, noſtra in ſingulis ma

terſis doctrina imperfecta remaneret. Et quia ſine ordine debito, ea que noctis erant, ⁊ tenebrarum nobis inquirenda ⁊ illuminanda, ac oſtendenda oblata fuerant, debitus in reſpondēdo ordo a nobis ſeruari non potuit. Et quia inter luſtrandum vnum et idem ſepe occurrebat, euenit vt de vno ⁊ eodem ſepe reſpōderemus. Finis, Anno milleſimoquingēteſimouiceſimoſexto, in februario.

Nemo lucernam accēdit, & in abſcō dito ponit, neq; ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut qui ingrediūtur, lumen uideant. Lucæ. XI. & VIII. & Matthæi quinto.

Pag. 2. vſ. 8. filios legendū eſt. Ibid. 15. ſua, vir q.

Godt di vader [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] vor dem duvel
[illegible]

ſtinus tarde didicit, de quo poſtea conqueſtus eſt.
Trahere ⁊ docere a patre eſt, ex nobis diſcere. Ui
de igitur in Juda ſicut in aliјs innumerabilibus ſe
ueritatem miſericordiſſimi dei. Recẽs calidus ſan
guis Chriſti nõ ſaluauit diſcipulũ, qui tñ ſaluauit la
tronem. Ecce quanta ſeueritas circa eum qui ꝯfite-
batur, dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtũ, et
quãta benignitas ad dicentem in extremo ſpũ, Me
mento mei. ¶ Deus bonoꝝ noſtroꝝ non eget, ſi ta-
men debebat opus magne miĩe circa latronem ex-
ercere, oportebat eſſe latronẽ cui miſereret. Si de-
bet deus declarare iuſtitiam ſuam in gloriam ſuam,
debet neceſſe eſt vnicuiqꝫ dare per iuſtã ſententiam
ſcd̃m merita ſua. Sic ergo indiget creaturis pro ma
nifeſtatione glorie ſue, ſed a creaturis nihil recipit,
ſed ipſe dat omĩbus affluenter Jacob. I. Nemo de-
bet gratie dei diffidere, nec miſericordiã eius deſpe
rare, tamẽ ſcd̃m monita beati apoſtoli Philippenſ.
.2. cum metu ⁊ tremore debemus nr̃am ſalutem ope
rari, non dicit ꝯfidere ⁊ ſperare, ſed operari, ⁊ in illo
eſt meritum noſtrũ. Dicitur enĩ pſal. 65. Uenite ⁊ vi
dete opa dei terribilis in ꝯciliis ſuper filios hoĩm.
¶ Candela adhuc ardens ⁊ lucẽs, alia q̃dam ſeptẽ
noctibus exploſis haud abſimilia, illuſtrando con-
futat. Jdcirco ſequẽtes diſtinctiones illuſtrata ſunt
vocata. Illuſtratum Primum.
¶ Nunc libet ad alia quedam deſcendere, ad vidẽ-
dum per candelam noſtram quedam, q̃ ſeptem cum
exploſis noctibus tenebris ſunt inuoluta. Miran
da cecitas. Dicunt heretici qꝫ Judas ⁊ ceteri peſſi
mi peccatores, etiam qui in tota vita ſua nil boni fe-
cerunt, ⁊ obſtinati in malo vſqꝫ ad finem vite extite-
runt, permodica oratione ⁊ breuiſſimo opere. ſ. pe-
tendo veniam, poſſe ſibiipſis dei reconciliationem
impetrare: ⁊ nolunt fateri qꝫ beata dei genitrix, vel
oẽs ſancti iam regnantes cum Chriſto, hoc poſſunt
efficere, quaſi Judas vel ſui ſiles plus poſſent apd̃
deum, q̃ꝫ oẽs ſancti, cum tñ pretactoꝝ primũ aperte



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M s ap d schribs gschreuen . stet erclag . [illegible]
manibus [illegible] mog [illegible] . fare d ordo [illegible]
dir her [illegible] ik schedde . ik bidde . gode
is gesterven an de [illegible] . den [illegible]
dinden betteren dor . des helpe my [illegible]
vth al mijner not . [illegible] [illegible]
[illegible] an . her durat . [illegible]
[illegible]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6000

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN